¶ Iterū legit q̄ Iosue locutus est septē tribubus dicēs. Usq; quo torpetis ignaui. Date mihi viros q̄ diuidāt vobis terram. Cūq; hoc omnibus dixisset: septē tantū legit hoc dixisse: q⁹ due tribus et media terrā cōcessum quasi traditaꝫ possidebāt. Jnde est q̄ hoc nomē judea diuersis modis accipit. Quādoq; dicit judea tota terra p missionis: ⁊ tūc a judeis dicit: scōz quod dicitur pompeius judeā fecisse tributariaꝫ: quandoq; judea tantum regnum juda: vt ibi. Audiuit Joseph q̄ archelaus regnaret in judea. Quandoq; ꝓ sola sorte jude, vt ibi. Judea et hierusalem: id est sors jude ⁊ bēiamin. Si ergo circa hoc sibi obloqui⁹ videntur autores: determinandum est ꝑm terrā cōcessam vel traditā.

A Ios. 2 p

Nam judas et effraim maiorē habuerunt concessam vt̄ traditam. Boli antē duo Iosue ⁊ caleph quasi ꝓuilegiati sine sorte terraꝫ habuerunt. Caleph ebrō habuit. Josue tamnatha vel. tānasara: ⁊ etiā sichem scōz Josephū. Hanc partē elegit sibi Iosue post distributiōez omnibus factā tāq; bonus dispēsator.

Additio.

Potuit esse vt nunc est q̄ in eadem ciuitate diuersi habuerūt quod sui iuris erat quod fecerē in singulis videmus fieri.

A Jo. 21.

¶ Sed et lenitis separauit quadraginta ⁊ octo ciuitates ad mhabitādū quarū decē p̄ acceperant in amorea. De reliqs triginta octo tres cōstituit ciuitates refugū: ebrō de juda sichim ex effraim: de neptalim cedes.

D Jo. 17.

¶ Tūc locuti sunt filij Joseph ad Iosue. Cur dedisti nobis quasi possessionē vni⁹ funiculi cū sim⁹ tāte multitudinis. Rñditq; Iosue ad effra ⁊ manasse. Popul⁹ mult⁹ es ⁊ fortis: non eris contentus sorte tua: sed transibis ad montem: ⁊ pot:

ris vltra c

Universidad de Deusto
Biblioteca

vis vltra terminos terre ꝓmissionis procedere: ⁊ parare tibi locū.

¶De irriguis axe datis a patre caleph. Capitulum.xiij.

A Ios.15. EO tpe ascēdit caleph in terrā sibi traditā: ⁊ percussit inde obsedit ciuitatē dabir: q̄ prius vocabaḳ cariat sepher. i. ciuitas literarū. Ciues eñ eius scriptores erāt. Quam cū tenuisset munitā ait. Qui ꝓ muspcusserit vrbē hāc ⁊ ceperit dabo ei axā filiā meā vxorē cū ea ⁊ cepit eā othoniel filius cenez frater caleph iunior eo. Erāt aūt veri fratres tātū. Nā ille filius iephone: iste vero filius cenez dicitur: nisi forte pater eoꝝ binominis fuerit. Dedit itaq; caleph filiaz suam axam fratri suo in vxorē. Que cum pergeret cum viro ad vrbem tradi tā sibi: suasa est a viro suo vt peteret a patre suo agrum i connalibus. Suspirauitq; ⁊ fleuit vt sedebat in asino.

D para. 6

Additio.

In paralipomenō dicit ebrō cariatharim. id est ciuitas silua rum: vel cariath baal: id est ciuitas muscarū vel virorum.

Additio.

Hec nota determinat obiectionē que de eo fieri potest: et caleph obuiabat legi iaz date dā do fratri nepoti suo filiā suam.

Cui Caleph. Quid habes iussti. At illa. Da mihi bñdictionē. Terrā arētē dedisti mihi: rigē et irriguam. Dedit̄q; caleph ei irriguum superius et irriguū inferius. i. agros irriguos circa ciuitatem ab oriente ⁊ occidente.

Additio.

Nota ꝙ caleph maluit seruare votū suū q̄ legē q̄ iterdixit mrimoniū cum filia fratris nisi forte lex itelligaḳ ō filia ffis ex pfe.

Additio.

Ixx. Redēptionē excelsaū ⁊ redēptionē humiliū subiudi fluēto rum.

¶De reditu duarum tribuum et dimidie. Capitulum.xv.

B Ios.22 EOdem tēpore cū iam quartusdecimus trāsisset annus: dixit rubē ioseph ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse. Feciſtis q̄ pcepit vobis moyses famulus dei. Et qz dedit dñs fratrib⁹ vr̄is quietē: reuertimini ad terrā possessionis vestre ita duntaxat vt custodiatis legez dei: ⁊ colatis eum: nec eatis post deos alienos: quia arcem ⁊ tabernaculū nō habebitis. Fratres sumus ⁊ serui vnius dei: licet interiecto flumine separemur. In multa subtātia reditis: dimidite eam cum fratribus q̄ remanserūt. Cui reuertentes venerūt ad tumulos iordanis. Sic enim dictus est locus per quem transierunt: alius per quem transierunt filij israel dicit vada iordanis. ¶Et edificauerūt iuxta iordanē altare infinite magnitudinis: vocātes hoc nole tari illud. Testimoniū nostruz q̄ dñs re ipse est deꝰ. Uideturq; Josephus gnitus velle q̄ altari super inscripsissent illud. Cumq; rediissent ad propria nuntiatum est iosue ⁊ his qui remanserant de edificatiōe altaris ⁊ arbitrati sūt illos erexisse illud: vt immolarent super eo victimas quod nō licebat nisi super altare quod statuerat deus ante tabernaculum. Cūq; arripuissent arma vt delerent eos de cōsilio: missus est ad eos phinees ⁊ decem honorati cum eo: qui dixerunt ad eos. Que est ista transgressio. Cur relinquistis deum israel ⁊ cultum eius: edificantes vobis altare sacrilegium? At illi responderunt. Absit a nobis hoc scelus: alioqui deus ipse querat ⁊ iudicet. Sed timuimus ne cras dicerēt filij vestri filijs nostris. Quid vobis ⁊ nobis. Quid vobis ⁊ domino deo israel. Terminum posuit dominus inter nos ⁊ vos. Quamobrem memoriale hoc erexim⁹ in signū: quoniā fratres vestri sumus ⁊ deicole vobiscum

vobiscum. His auditis placatus est phinees. Et cū retulisset verba hec ad omnē populū laudauerūt deū. ¶Hoc videtur quibusdā facti esse qō legit in libro iudicuz q̄ angelus dñi transierit de galgala ad locū flentiū. Sed quia potius videtur. Augustino hoc factū esse post mortem iosue: non enim auſt fuerunt filij israel eo viuente aperte recedere a deo nos illud loco suo explicabimus.

A Judi.2

¶De federe quod statuit populus ad deum. Capitulum.xvj.

B Josue. 24. VOluto aūt multo tpe ꝓgressus iosue oēm israel in siviam vniuerse carnis: et scio vos pronos ad irritandū deū. Eligite vire debeatis. vtrū dijs quib⁹ seruierūt patres nostri in mesopotamia: an dijs amorreoꝝ in quoruz terra habitatis: ego aūt ⁊ domus mea seruiemus dño. Et ait populus dño seruiemus: absit vt ab eo recedamus. Et dixit iosue. Testes vos estis qz hodie elegistis vobis dñm. Et responderunt. Testes sumus. Et ascēderūt i sylo vt starēt coꝝ dño. Percussitq; ppls in die illa fedꝰ cum dño: ⁊ in signū federis effudit Josue aquā sup terraz. Mos erat gētibus in signum ⁊ robur federis initi sanguinē suillum effundere. quasi diceret. Sic effundatur sanguis illius qui violauerit hoc fedus. Hebrei ꝭo aquam fundētes: atrocioꝛem penā in violatorem iudicabant. Alij enim liquores non effunduntur de vase. quin aliquod vestigiuz sui in eo relinquant. Solus aque liquor prout sus effundit. Qō faciebant hebrei in federe inito cū dño. q. dicerent. Non solū violator huius federis peribit: sicut in alijs fit federibus. sed tota ꝓgenies eiꝰ peribit cum eo: vt nullū vestigiū eiꝰ appareat super terrā. ¶Scripsitq; iosue in die illa verba hec in volumine legis dei. i. libro hoc ⁊ tulit lapidē pergrandem. posuitq; eum subter quercum q̄ erat ante sanctuarium dñi: ⁊ ait. Ēn lapis iste erit vobis in testimonium. Solebant eñ veteres hmōi durabilia erigere: vt sui diuturnitate posteris inditum fedus in memoriaz reuocarent. ⁊ dimisitq; iosue populuz singulos in possessionem suam.

Josue. 24.

¶De morte Josue ⁊ eleazar. Capitulum.xvij.

Josue. 24. QUod hec mortuus est iosue: cum esset centum et decem annorum. Quadraginta quatuor annoruz erat cum accessisset ad moysen ⁊ quadraginta annis seruiuit ei i deserto. Et q̄ colligitur ꝙ viginti sex annis rexit populum trans iordanem. ⁊ sepelierunt eum in tannasara: que sita est in monte effraim. Eleazar quoq; mortuus est: ⁊ sepelierunt eum in gabaa phinees ⁊ filij eius que data est ei in mōte effraim: qui successit patri in sacerdotium.

Additio.

Habaa phinees pōt esse nomen ciuitatis a phinees ibi sepulto vel dictiones.

¶Incidentia.

¶In diebus iosue erictonius primus iunxit quadrigam in grecia: erat quippe apud alias natiōes. Bursiris tyrannidē exercuit in hospites. phenix ⁊ cathmus de thebis egyptiorum in syriam profecti in regione tyri ⁊ sidonis regnauerunt. Sed cathmo recedēte i greciā terra a phenice phenica dictū est. Europe filie phenicis iupiter mixtus est. Danaus ꝙ quinquagita filias quinquaginta filios egisci fratris sui interfecit: vno tm̄ superstite qui regnauit post eum.

¶Explicit liber Josue.

¶Incipit historia Judicum.

Capitulum primum.

Quomodo iudas pugnauit contra chananeum. cap.ij.
De cineis ⁊ trāsgressiōe ppli. c.iij.
De loco flentiū in galgalis. c.iiij.

De othoniele popūli liberatore/ ⁊ eius morte. ca.v.
De aioth ⁊ sangar liberatoribus Israel. ca.vi.
De debora ppheti̇ssa ⁊ Barach/ Sysara/Jahel/⁊ Jabin. ca.vii.
De gedeon missō/⁊ dō gedeone.c.viii.
De abimelech qui occidit.lxx.fratres. ca.ix.
De thola duce israel. ca.x.
De iair galaadite ⁊ morte ei⁹.c.xi
De penitentia filiorum israel ⁊ de iepthe. ca.xii.
De abessan duce israel. ca.xiii.
De ahilon duce. ca.xiiii.
De abdon duce. ca.xv.
De samsone. ca.xvi.
Quomodo samson accepit vxorez ⁊ quō interfecit leonem. ca.xvii.
Quomodo interfecit multos cum mandibula asini. ca.xviii.
Quomodo tandem deceptus fuit samson. ca.xix.
Incidentia. ca.xx.
De micha ⁊ ei⁹ sacerdote. ca.xxi.
De vxore leuite. ca.xxii.
De ruth cuius liber expeditur in vnico hoc capitulo. vcz ca.xxiii.

¶Incipit hi̇storia Judicum.
Capitulum.j.

Prefatio.

LIber iudiciū hebraice sophtim dr. qui iudices describit. vsq; ad hely sacerdotem. ⁊ ob hoc dr iudicum tanq; materia. Videtur tñ q̄busdā ab antoub⁹ sic nolatus. vt q̄si chronice scribendo q̄sq; iudicū tp̄s suū in actis redegerit. Quis aūt in vnā cōpegerit dubiū est. Dicūt quidā q̄ samuel. alij cō esdras. Verisimilius videt/q̄ ezechias: q̄ parabolas salomonis ⁊ liḃrū regum in vnū collegit. Si ārik quare iosue ⁊ moyses iter iudices nō annumerēt. dicim⁹. qz nō soluz iudicauerūt pplm. sz ⁊ rexerūt. Ceteri v̄o nil inris i ppło habuerūt: nisi q̄ in tribulatiōib⁹ suis cōsilio ⁊ orādēs eoz populo⁹ vtebatur. ¶Quomodo iudas pugnauit cōtra chananeum. Capitulum.ij.

ET factum est post mortē iosue consuluit populus dñm p̄ phinees. Quis ascēderante nos contra chananeū. ⁊ erit dux belli. Et dixit dñs. Judas. Nō personaz sed tribū designās. Credit tñ caleph p̄fuisse populo: sz p̄ modicitate tp̄is nec rectoribz nec iudicibus adnumerat⁹ ē. Et ait iudas simeoni. Ascēde mecū in sortē meā ⁊ pugna cōtra chananeum. ⁊ ego pergā tecū in sortē tuā. Non tñ legitur simeō p̄priā postea habuisse sortē. sed adhesit iude vt impleretur qō p̄dixerat iacob de simeō ⁊ leui. Diuidā eos i iacob ⁊ dispḝgā in israel. Ascēdērūtq; Judas ⁊ simeō in besech. ⁊ percusserūt i eo decē milia viroz. Cōp̄hēdēteszq; adonibesech. i. dñm besech: adonay esn dñm sonat inciderūt: sum mitates manuū ⁊ pedū eius. Hebreus tñ sermo videt sonare polices. Quib⁹ cesis non est idoneus homo ad arma ferēda. Et ait adonibesech. Merito patior hoc. id tp̄m esn fecerā septuaginta regib⁹ qui colligebāt sub mēsa mea obrū reliquias. Et ascēdētes in hierusalē pcusserūt eā. tradētes incēdio ⁊ reliquerūt ibi adonibesech: ⁊ mortu⁹ est nec intelligēdū est q̄ filij israel tūc habuerūt hierlm in ditione sua expulso iebuseo. Hoc esn factū nō est vsq; ad tp̄a dauid q̄ expulsis iebuseis sedit i ea: ⁊ trāstulit eā de beniamin i sortē regū. Hoc videt a q̄busdā recapitulādo dictū ⁊ factū esse vīnēte iosue ante distributionē sortiū qñ p̄cessam sibi iudas habebat hierusalem ⁊ totū recapitulādo dictū vsq; ibi. Et surrexerūt alij q̄ nō nouerāt dñz. Alij tradūt eo ordine dictū esse q̄ factā. ⁊ ibi demū inchoant recapitulationē. dimisit ergo pp̄z ⁊c.

Ascendit ⁊ caleph iebzōterrā s. gigātū ⁊ pcussis hostib⁹ plenus possedit eā.

Additio.

Hoc etiam vult Augustin⁹ ordine suo dictuz in iosue p̄occupatum.

Et

Et recapitulat hic hi̇storiā: q̄ supra dixim⁹ factū in arimathsepher. ⁊ epit̄q; iudas gazam ⁊ ascalon ⁊ acharon cū finibus suis. Nec potuit delere habitatores vallis: q̄z falcatis curribus abundabant.

¶De cineis et transgressione populi. Capitulum.iij.

D Judi.1. HElij aūt ietro cinei cognati moysi ascēderūt de ciuitate palmarū cū filijs iuda in desertū sortis ei⁹ q̄ est ad meridiē. Isti fūt filij iobal fratris sephore: vxoris moysi: qui relicto patre et patria secut⁹ est moysen: ⁊ deinceps habitauit in medio filiorū israel. Ciuitas aūt palmaz dr h̄ engaddi. Uel q̄ hiericho sic solet appellari: ⁊ forte de cāpestribus eius vbi erāt cū beniamin trāstulerunt se ad iudā. Beniamin aūt post iudā ascēdit in hierusalē. Hinc putant quidā eū fuisse cōem. Nec potuit ejicere iebuseū: sz p̄misit eū habitare secū in tributo. Effraim quoq; ascēdit in bethel: q̄ p⁹ vocabatur luza. Uidēteszq; hoiez egredi ētem de obsessa ciuitate dixerūt ei. Ostēde nobis introitū ciuitatis: ⁊ faciem⁹ tecū misericordiā. Quo ostēdente pcusserūt eā: hoiem v̄o ⁊ domū ei⁹ dimiserūt. Qui trāsiēs in terrā ethim: edificauit ibi ciuitatē ⁊ vocauit eā luzam. Necdelevit effraim chananeū: sed passus est eū viuere sub tributo. Sil'r reliquę tribus cū essent confortate: maluerūt eos h̄re tributarios q̄z delere trāsgredientes mādatū dñi ⁊ querteꝛt se ad agricturas. Aut ad dimittas se trādētes p̄ epulas ⁊ libidinē tā imbelles facti in cōuersatione legū integri nō erant.

¶De loco flentium in galgalis. Capitulum.iiij.

A Judic. 2. ANgelus aūt dñi apparuit in galgala. et cū cōuenissent filij israel ad eū de sinib⁹ suis transtulit se ad aliū locū: ⁊ insect. iunt eū. Cūq; iproperasset eis dñs p̄ angelū beneficia q̄ eis cōtulerat ad dixit. Cur iniistis fedus cū habitatorib⁹ terre hui⁹: et reseruastis aras eoz. ir noluistis audire vocē meaz. Quāobrem dīj eoz erūt vobis in ruinā. hec angelo ioquēte elenuerūt vocē suā ⁊ flenerunt: vocatū est nomē loci illi⁹ locus flentiū: cognominatus ab euēn: sicut galgala colliis ppriū. Immolauerūtq; ibi hostias dño. Porro h̄ recapitulat hi̇storiā de iosue ad cōtinuādā ordis serie dicēs. Dimisit ergo iosue pplum et abierunt filij israel vnusq̄sq; in possessionē suā seruieruntq; dño cūctis diebꝰ iosue ⁊ senioꝝ q̄ post eū vixerūt: ⁊ nouerunt opa dñi q̄ fecerat cum isrl'. Mortuus est aūt iosue ⁊ omis generatio senioꝝ congregata est ad patres suos.

¶De othoniele popūli liberatore ⁊ eius morte. Capi.v.

ET surrexerunt alij q̄ nō nouerunt dñz. i. nō videāt vir tutes ei⁹: quas fecerat eis in exitu de egypto in deserto ⁊ in ingressu terre p̄missionis. Fecerūtq; ma lū in ꝓspectu dñi: ⁊ seruierūt baal ⁊ astaroth: ⁊ dīs terre: p̄traxerūt eoz cōingia cum alienigenis. Quāobrē indignata dominꝰ: nō deleuit gētes de medio eoz: vt eēnt eis in actileū ⁊ laborem. Et tradidit eos dñs in manib⁹ chusan rasathaim regis mesopotamie ⁊ syrie. Seruierūtq; eis octo annis: ⁊ clamauerunt ad dñm qui suscitauit eis liberatorē othoniel. fratrē caleph: quē ioseph⁹ cenez vocat: quasi equiuocū patri. Et dr cenez quasi ceneze⁹ a loco. Et fuit dñs cū eo: ⁊ pugnauit aduersus cusan rasathaim: ⁊ oppressit eū: ⁊ quieuit terra quadragita annis. Et mortuus est othoniel. Hic dicit iosephus occisionē i beniamin factā p̄ vxore leuite: q̄ nos infra ponemus sequentes ordinē hui⁹ libri. Et nota q̄ hebrei sub hoc nūero comprehenderunt annos seruitutis et quietis et similiter sub aliis

iudicibus

B C D Genes. 49.

B Judic. 3.

iudicib⁹. Aliter nō staret hystoria.

Incidēs est non de biblia.

¶Incidentia.

¶In dieb⁹ othoniel Cadmus regnauit thebis ex cui⁹ filia semele natus est dionysi⁹ liber pater. Bithinia cōdita est a phenice: q̄ phenicibus quasdā tradidit literas ꝛ ad scribēdū vermiculuz instituit. Ulū ꝛ color ille phenicens dict⁹ est q̄ postea litera mutata puniceus dr. Ephyra q̄ nūc corinthus dicit a syspho condita est. Minos filius europe regnauit in creta.

¶De aioth ꝛ sangar liberatoribus israel. Capitulum.vj.

B Judi.3. ADiderunt autē filij israel facere malum in cōspectu dñi. Qui suscitauit aduersū eos eglō regē moab: ꝛ copulauit et filios amon ꝛ amalech. Qui trāsiens iordanē percussit isrl: ꝛ posuit idola sua in galgala: et fecit sibi domū in vrbe palmarum. i. hiericho: et seruierūt ei filij isrl decem ꝛ octo annis: et clamauerunt ad dñm. Qui suscitauit eis saluatorez: aioth: filiū gera filij gemini. Qui vtraq; manu vtebat p dextera. Seminū q̄dā dicūt fuisse quendā vilē in. b n-
iamin: q̄ posterq; suis sepe legit i
D 1. Reg. 16. properatus ob iguominiā. Hebrei tradūt hūc fuisse benami. Et quasi per anferesim: vbi nos ponimus gemi
nuz: ipsi ponūt iemin quod sonat dextrariuz vel dextrale q̄ latie gemin⁹ dici posset: qz geminat cum trahente: nisi geminus a iemin. p J. cōsonātez scriberet. Dicit autē a iamin proprie ieminus: sicut a
C Judi.3. dextera dextrari⁹. Miserūtq; filij israel p aioth munera eglon regi qui fecit sibi gladiū ancipitem flō gitudinis palme manus ꝛ accinctus est eo i dextro femore ꝛ subtersagū: qō est quadrate forme militare indumētū. Erat autez eglon crassus nimis. Cūq; obtulissent ei munera psecutus est socios q̄ cū eo venerūt: ꝛ reuersus est ad regē ꝛ ait. Uerbū secretuz habeo ad te o rex. Egressisq; oibus qui cū eo erāt: accessit ad eū aioth ꝛ ait. Uerbū dñi habeo ad te: qō intelligendū est de somnio ex mādato dñi. Qui statiz surrexit de throno. Extēditq; aioth manū sinistrā: et tulit sicam de dextro femore: ꝛ infixit eā in ventrē eius valide nec eduxit eā sed reliquit i corpore. Ipse vo clausis diligēter hostijs cenaculi: per posticū egressus est ꝛ aufugit. Serui aūt regis post lōgā morā intrātes: inuenerūt eū mortuum ꝛ iacentē in terra. Ueniensq; aioth in sayrat: ꝛ insonuit buccina in mōte effraim: ꝛ descēderūt cum eo filij israel ad vadat iordanis q̄ trāsmittūt in moab. Et volentes trāsire moabitas percusserunt circiter decē milia: ꝛ humiliatus est die illa moab sub manu israel: et quieuit terra. lxxx. annis. Et mortu⁹ est aioth. Et tūc de philistheis volētibus intrare terrā israel sangar occidit sexcētos viros vomereyno ipse quoq; defendit israel et eodem anno vitam finiuit.

Additio.

In regū vbi incipit agere de saul dr vir fortis roboze: ob hoc quidā putāt dictū geminū q̄si binominum.

¶Incidentia. Incidēs est de biblia.

¶In dieb⁹ aioth: exiene ciuitas cōdita est in libya: ꝛ triptolemus ꝛ nō de longa naui veniens eleusim frumenta ibi distribuit. Proserpinaz rapuit rex molossozumorchus: cuius ingens canis cerberus perithoum deuorauit: qui cuz theseo ad raptum proserpine venerat. Sed ꝛ theseū deuorasset: nisi hercules superueniēs cuz liberasset. Fritus ꝛ heiles insidias nouercales euaserunt in naui cui⁹ insigne fuit aries. In dardania regnauit tros a quo troiam conditam fecerunt. Perseus occidit gorgonem meretricem: que ob nimiam pulchritudinē spectatores suos mentis impotes reddebat. Dionysi⁹ in india nisam cōdidit: ꝛ a suo nomine eam appellauit.

¶De del

¶De delbora prophetissa et barach/ysara/iahel ꝛ iabin. ca. vij.

A Jud.4. POst mortē aioth addiderūt filij israel facere malū cora dño. Qui tradidit eos in manꝰ iabin regis chanaan. Qui regnauit in asor: hūit ducē exercitus sui ysarā. Ipse aūt habitabat in aseroth gētiz q̄ sic dicebat qz nō ab vno pp̄o: iz a multis collectis gētibus habitabat: ꝛ oppressit filios israel p viginti annos. Qui clamauerunt ad dñm. Erat aūt delbora pphetes vxor lapidoth. q̄ posuerat tētorium suū in monte effraim sub arbore palme: q̄ dicebat palmā delboze. ꝛ ascēdebant ad eā filij israel in oē iudicium. Quevocauit barach filium abinoe de edes. aīs cades de neptalim. Mulier ei
itura ad p̄liū vocauit virū sum: q̄ ei⁹ fuisse idez barach ꝛ lapidoth. Credit qz eadē est vtriusq; nois interptatio. Interptat ei⁹ vtrunq; cozusca tio: delbora vero hebraice apis. Que dixit ad eū. Precepit tibi deus israel. Duc exercitū in montē thabor decē milia de neptalim ꝛ zabulon: ego tradā ysaraz in manum tuā iuxta torrētem cyson. Cui barach. Nisi veneris mecū nō pgaz. Qui ait. Ibo. iz victoria tradet in manus mulieris. Nunciatū est ysare q̄ ascendissent delbora ꝛ barach in montē thabor ad pugnandū. Et ꝗgregauit exercitū ad torrentē cyson. trecēta milia armatorum vt ait Josephus. ꝛ decē milia equitum: ꝛ nongentos currus falcatos: ꝛ alios currus duo milia ꝛ centū. Et ait delbora ad barach. Descende hac die dabit tibi dominus ysarā in manus tuas. Et descēdit cū decē milib⁹: delbora stante in monte ad orationez. Et pterruit dñs ysarā ꝛ vniuersam multitudinē eius. Uētus grādo ꝛ pluuia irruerunt in facies eoz arcus ꝛ fundibule inutiles flebāt: plurimi de equis suis ꝛ curribus excussi cōterebant. Sicq; querso in fugaz exercitu ysara de curru exiliēs: et fugiēs: puenit ad tētorium iahel vxoris abner cinei. Abner em cuz omni domo sua recesserat a fratribus suis q̄ habitabat vt dixim⁹ in sorte iude ꝛ tetenderat tabernaculā sua in valle semim iuxta cedes ꝛ erat fedus inter regem asor ꝛ domum abner cinei. Porro abner suscepit fugientē ꝛ rogantē vt celaret eū: ꝛ petēti poculū dedit ei lac vt grauius obdormiret. Illa vero dormienti clauum ferreū percussum malleo per vtrunq; tēpus immisit vsq; in terrā. Et barach post paululum venienti ostendit eum in terra confossum. Et sic impletū est qō dixerat delbora q̄ p mulierem triūphus accideret. Barach vero agens exercitum super asor obuiam venientem iabin interfecit: ciuitatem funditus eiiciens: vt ait Josephus. ¶Cecineruntq; delbora ꝛ barach canticum domino. in quo hortantur victores ad benedicendum deum rememorādo beneficium qō fecerat dñs israeli dum daret legem in terremotu ꝛ pluuia: addēdo ꝛ quō p sangarvt dixim⁹ deuerūt hostes a semit⁹ isrl ꝛ quō defecerūt fortitudo isrl: donec surgeret delbora. qsi nous bella elegit dominus vt mulier de viris triumpharet. Quod sequitur in cantico surge delbora ꝛ loquere canticum non est in hebreo. Addidit q̄z de amalech victo i raphidim ab effraim
id est a iosue ex- Additio.
fraita: ꝛ prophetauit enndē po Qui primus in
tuit ⁊ fecit vincendum festauit israel i deserto.
per saul ex ben
iamin. Et cōmendauit eos qui de manasse ꝛ isachar ꝛ zabulon ꝛ neptalim cum eis venerāt ad p̄lium vituperans ruben et gad. ꝛ dan ꝛ aser. qui noluerūt cum eis venire. Quod etiaz dicit ruben contra se diuisum: intelligitur q̄ separauit se a pugnaturis vel q̄ rubenite inter se diuisi erant quibusdam hor

Moys ysare.

Jabin mouit.

B Jud.5.

tātibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tātib⁹ vt irēt ad ꝑliū alios dehortātib⁹. Qō aūt dicit pugnasse eos in thane iuxta aquas in agedō intelligendū est regionē esse secundū q̄ ꝑterfluit mageddō. Hebre⁹ hz in ramazache. qō interꝑtat super altitudinē cāpi. & significat q̄ in campo vbi ꝑliatū est hostib⁹ superiores facti sunt. Qō aūt sequit stelle pugnauerūt aduersus syſarā nō matematice intelligēdū est. quasi fatali ꝓstellatiōe hoc factum fuerit. Hz qz corruscationes & fulgura ita de sublimi ferebant in eos. acsi stelle ruerēt. & est hyperboleos. Sequit torrens cyſon trahit cadauera eorū sicut torrens cadumin. supple trahit cadauera egyptiorū. Cadumin interꝑtat antiquorū. et ponit ꝑ mari rubro eo q̄ antiqua miracula ibi facta sunt. Qō sequitur: conculca aia mea robustos. vox est populi seſe adhortātis. Sequitur. Maledicte terre meroth. dixit angel⁹ dñi. Meroth fuit vnus de principib⁹ chanaā. delboza ꝛo seipsam dixit angelum dñi. vel michael q̄ ꝑerat israeli. Dixit vt maledicerent meroth qō sonat arcanū id est angelis apostatis. q̄ aduersabant ei in arcano. Postea bēdixit iahel: qm̄ fortiter egit: et q̄uit terra ꝑ quadraginta annos. ¶ Incidēs est & nō de biblia. Eo tpe regnū defecit apud argos: & translatū est in micenas. Obiit liber pater cui⁹ sepulchrū ē apō delphos iuxta apollinē aureū. Pingit vero muliebri corpe: qz mulieres militantes cū viris habuit i exercitu. Iuō ab illo q̄ditū. Milet⁹ q̄dita si.

¶ De alio misso & ō gedeone. viij.

A Jud. 9

Ecerūt iterum filii israel malū cora dño: qui tradidit eos in manibus madian septem annis. Ascēdebāt eīm madiā & amalech. singulis annis in israel: vastātes segetes eorū. et vniuersa iumenta trahētes in ꝑdā. Cūq̄ clamasset isrl ad dñm: misit ad eos virum ꝓphetā ꝑ quē exprobrauit eis dominꝰ beneficia q̄ ꝓtulerat eis. & tm̄ noluerunt audire vocem eius. Venit autem angelus dñi & sedit sub quercu que erat i effra. hic est vir quē dñs miserat. Lapis autē sup quē sedebat et quercus & ager ꝓtinebāt ad ioas patrē familie ezri. id est honorabiliorē inter alios illius familie. Gedeon ꝛo filꝰ eius timēs hostes q̄ irruerāt supterrā in occulto excutiebat frumenta in torculari: vt hēret viaticum ad fugaz. Josephus dicit hoc maximū fuisse diuine propitiationis indicium q̄ tunc vteretur torcular ꝑ area. Futurū enim per eum erat vt aree replerētur & torcularia. Et ait angelus ad eum. Dñs tecum virorum fortissime. Cui Gedeon. Si dominus nobiscum est cur apꝛehēderunt nos hec mala? Et respexit in eum dominus in angelo & ait. Vade ego mitto te i hac fortitudine tua quā scilicet cōfero tibi respiciēdo vel mittendo percuties madiā quasi virum vnū. Cui gedeon. Si gratiam inueni coraz te nō recedas donec reuertar. Et coxit gedeon hedum posuitq̄ carnes et azymos panes in canistro et misit ius in ollam. offerensq̄ ea angelo. Cui angel⁹. Pone carnes tuas & panē super petram & ius desuper funde. Quo facto/tetigit ea angelus summitate ꝛ̄ge quā gerebat. Et ascendit ignis de petra & consumpsit omnia. Angelus aūt euanuit ab oculis eius. Timēsq̄ gedeon ait. Heu me dñe quia vidi angelū dei. Cui dixit dominꝰ. Ne timeas. Non morieris. Eadem nocte ait dominus ad eū. Destrue arā baal quā erexit pater tuus & nemꝰ circa eā succidet occide taurū quē saginat idolis aliū ꝛo taurum septenē quem ciues dedicauerunt idolo offeres mihi in holocaustū super altare quod edificabis mihi in summitate petre sup quā aū sacrificiū posuisti. Gedeō timēs patrē & ciues: cū dē sernis ofa nocte cōplenit: & vocauit altare pacis dñi: & latuit. In crastino ciues dixerūt ad ioas. Educ filium tuū vt moriat: qm̄ fecit hoc. Quibus ille ait. Nunq̄d ꝓtores estis baal. Si deꝰ est baal vindicet se. Exinde dictꝰ est gedeō ieroboal. i. fortitudo baal. q̄h fortis ē baal. Igit madiā & amalech translito Jordane sederūt i valle iesrael q̄si locuste. Spiritꝰ aūt dñi indut gedeō vocauit q̄ domū abiezer: de cuius familia ipse erat & ꝛipe misit nūcios ad manassen & aser & zabulū & neptalim. Qui occurrerūt ei triginta duo milia. Et petijt gedeō signū victorie a dño in vellere posito in area si lere ge ficca manēte. Et factum est ita. Et deōis i exꝑsso vellere roze cōcā implenit. Sequenti nocte ne casu factum putarēt petijt signum in contrarium: vt area irrigaretur: & vellus siccum esse. Quod factum est. Venit autē gedeon cum suis ad fontem qui dicitur arad. Et ait dominus ad gedeō. Populus multus est tecum: ne dicat israel: viribus meis liberatus sum: clama ad populum. Qui formidolosus est reuertatur. Tamē intelligēdum est alia tria que mandauit dominus clamanda in populo eum non tacuisse q̄ moyses dixit i deuteronomio. Qui edificauit domū & nō dedicauit eā reuertat. Silr. Qui plātauit vineā: & nōdū fecit eā cōmunē q̄ disponsauit vxorē & nondū accepit eaz. Et reuersi sunt de populo viginti duo milia: & tantum decē milia remanserunt. Et ait dominus ad Gedeon. Adhuc populus multus est duc eos ad aq̄s in calore meridiei: & eos qui lāpuerint aquam manu & lingua sicut canes exiſtimans magnanimos separabis. Et inuenti sunt tantuz ex eis trecenti viri. Et ait dominus. In his trecentis tradā madiā in manus tuas. Quib⁹ assumptis: & cetera

Gedeō nomiatur iero baal.

Additio.

Sexto suscitauit dñs spm̄ gedeonis i israel, ꝛisq̄ p nūcios & tubis: gedeō se certamini dedit. ¶ Eadē nocte dixit dñs ad Gedeō. Descēde in castra madiā tu & phara puer tuꝰ tecū & audies q̄d loquant & cōfortabunt manꝰ tue. Dissolutū ei erat cor eiꝰ. Qui descēdēs stetit i par tē castrorum vbi vigilie erāt audiuit quē dā narrātē somniū cōmilitoni suo i hūc modū. Videbat mihiq̄ panē ex hordeo subcinericiꝰ & cōcidebat descēdebat i castra madiā vsq̄ ad tabernaculū. s. regis & subuertit illud & terre fundit⁹ coequauit. Et ait is cui loquebat. Vide ē hordeū iter granas & inter gēes israel videt abiectum & in israel vilis est familia gedeonis. Nō ē hoc aliōnili gladius Gedeonis tradidit dñs in manus eius madiā. Quod audiēs gedeon adorauit. Et reuersus ad socios ait. Eas mus tradidit nobis dominus castra madiā. Et diuisit eos in tres partes & dedit tubas in manꝰ eorum dextras lagenas vacuas & lāpades in medio lagenaruz in sinistras. Et ait. Quod me facere videbitz facite. Et ingressi sunt per gyrum castrorum in tribꝰ locis in vigilia noctis medie. Et cum confregissent hydriastenuerunt lampades in manibus: & insonātes tribus clamauerunt. Gladius domini & gedeonis (sm̄ iosephum) vastans cuncta. q̄q̄ pharetras portauerūt. Quibus simul compiosis terribilis audiebat sonitus. Quo subito nauſo hostes excitati turbati sunt nec conscientes seſe plurimi mutuis vulneribus ceciderunt alijs in fugam conuersis vsq̄ ad Berseeha. Viri autem de neptalim. et aser & manasse quiredierant conclamātes per sequebantur Madian. Efraim quoq̄ descēdit in occursum fugiētium & occupauit iordanem

Additio.

Forte tabernaculū coꝑdiritve rilū quo ducebātur: vel habebant tabernacula in quo idolis suis sacrificabāt

vsq; bethsara: ⁊ occidit duos reges madian oreb: ⁊ zeb. Oreb in petra qua dā: zeb ⁊o i torcular. Et vocatū est nomē loci i. l⁹ torcular zeb⁊ nomē alteri⁹ petra oreb. Que modo dico apiee ifc differta noie oreb. vñ aq̄ fluxerūt p manū moysi. Et forte differētia est in interptatiōe.

A Jud. 8

Et portauit effrai capita regū ad gedeō. ¶ Et irascētes dixerunt ad eū. Cur contēpsisti vocare nos ad pugnā? Qui ait. Ne forte indignā remini. Melior est ei racem⁹ effrai vindemijs abiezer: ⁊ in man⁹ vestras dati sūt reges madiā. Quid tale facere potui sicut vos fecistis. Quo audito requieuit spirit⁹ eoꝝ. Trāsiitq; gedeō iordanē cū trecētis viris: nec poterat psequi fugientes p lassitudie. Et ait adviros sochot. Obsecro date nobis panes vt possim⁹ psequi zebee ⁊ salmana. Qui negauerūt ei ⁊ subsannauerūt eū.

De zebee ⁊ salmana regibus.

Idipsum rñderūt ei viri phanue. perēti panes ab eis zebee autē ⁊ salmana i valle descebāt: nil aduersi suspicātes: cum duodecim milib⁹ hoīm: cēsis de exercitu cētum viginti milibus. Gedeō autē repēte irruit sup eos: et turbato exercitu eoꝝ duos reges cōprehēsos secū reduxit. Et reuertēs apphendit puerū de sochot. ⁊ quesiuit ab eo nomia seniorum de sochot. Et descripsit ei septuaginta septem viros quos spinis ⁊ tribulis comminuit tanq; autores predicte subsannatiōis. Turrim quoq; phanuel subuertit occisis habitatorib⁹ ciuitatis. Cumq; redisset in effra regionem suam dixit zebee ⁊ salmana. Quales erāt viri quos occidistis i mōte thabor. Qui dixerunt. Similes tui. Et ait eis fratres mei erāt vterini. Et ait primogenito suo. Interfice eos. Qui nō eduxit gladiū: timens quia puer erat. Surgens gedeon occidit eos. Et dixerunt omnes filij israel ad eum. Dominare nostri tu⁊ filius tuus ⁊ filius filij tui. Quibus ille. Non dominabor vestri nec filius meus: sed dñs dominabit i vos. Unū postulo a vobis date mihi inaures aureas de preda. Qui dederunt. Et fuit pōd⁹ auri mille ⁊ septingenti sicli. Et fecit ex eo gedeō ephot: ⁊ posuit illud in ciuitate effra. ⁊ fornicat⁹ est ois isrl i eo. Et factū est gedeoni ⁊ o domui ei⁹ in ruinaz. Per ephot qō est dignis idumētū potificis: intelligit q̄ gedeon fecerit oia idumēta pōtificalia: ⁊ fecit in effra tabernaculū ⁊ altare p̄ter illud quod erat in silo. Et faci⁹ est sacerdos ⁊ immolauit sup illō hostias dño. Quāobrē offensus dñs oēm domū ei⁹ fere delenit. Habuit em̄ septuagita liberos de vxorib⁹ ⁊ vnū naturalē abimelech de pcubinadyphoma quā hēbat i sichem.

Hic occidit oēs fratres suos preter vnum. Et deuit terra q̄draginta ānos q̄b⁹ prefuit gedeō. Qui mortu⁹ est in senectute bona. ⁊ sepult⁹ est in sepulchro patris sui in effra.

Additio.

per quod cōijcitur q̄ postea penitētiam egerit qui alibi q̄s vbi moral. dñs cōstituerat sacrificabat.

¶ Incidentia.

¶ Tēporib⁹ gedeōis mercuri⁹ inuenit sirigas: trahēs hoc nomē a siringa vxore catmi ⁊ armonica q̄ pter zelū armonie a viro suo recesserat. Inuenit etiā lirā hoc mō. Repperit etiam pcham testudinis mortue ⁊ putrefacte: cui⁹ nerui arētes ⁊ extēsi i ore cōche ad aurā tenuē sibilū reddebāt. Incertū est aūt quis fuerit iste mercuri⁹ vtrū hermes an trimegist⁹ philosoph⁹ an mercuri⁹ minor. Tres em̄ legūtur fuisse secundum iosephū. Tirus condita est ante templum hierosolymozum annis ducētis quadraginta. Dedalus aues fecit metallinas quas volare fecit artificiose spiritu incluso. Dicit etiam fecisse simulacra se mouentia. Primus enim omniū pedes statuarū a se inuicem separauit: alijs cōiunctim eos fabricantibus. Qui cum filio

Incidēs est non de bibl.

filio in nane fugiēs: pter ineffabilem fugā pēnis euolasse estimatus est. Argonautaq; historia facta est. Orphe⁹ clarus habit⁹ ē. Cui⁹ discipulus fuit museus. Linus magr herculis clarnit. Minos credit cretēsibus legē edisse: qō plato negat. idrāvero callidissimū: fuisse sophistā asserit plato.

¶ De abimelech qui. lxx. fratres suos occidit. Capi. ix.

A Judic. 9.

Post mortem gedeonis filij israel fornicati sunt cuz baalaim nec fecerūt misericordiam cum domo ierobaal. Ascēdit aūt abimelech in sichem ad omnem cognationem matris sue ⁊ ait. Cōsiderate q̄ os vestrū ⁊ caro vra sum. Loqmini ad oēs viros sichem in hūc modū. Quid vobis melius est vt dominent̄ vestri septuagita viri filij ierobaal. an vt dominetur vnus vir. Et locuti sunt de eo ad oēm populū: et inclinauerūt coz populi post abimelech: ⁊ iurauerūt ei oēs in phano baal. Quamobrem vocatū est ceps idolum baal berith. Berith enim comunationē sonat. Et tollētes de phano. lxx. pōdo argēti dederūt ei. Qui cōduxit ex eoꝝ viros inopes ⁊ vagos ⁊ ascēdēs in effra occidit oēs fratres suos sup lapidē vnū: excepto vno ioathan. Tunc omnes sichimite constituerūt abimelech: regē iuxta querecū in sichē. Si queritur quomodo ergo saul primus dicit rex in israel. Potest dici hoc dictum esse pter regnū vniuersale hic aut̄ tantuz regnauit in sichimis. Quod cum nūtiatū esset ioathan: stetit in vertice mōtis garrā/vel garisim: ⁊ exclamauit ad oēs sichimitas q̄ venerant ad die festū baal. Audite me viri sichē. Jerunt ligna siluaz vt vngerent regem supra se dixerūt oliue: impera nobis. Que noluit deserere pinguedinē suā qua dij vtuntur ⁊ homines. Idipsum dixerūt ad ficum: q̄ne noluit deserere dulcedinē fructus sui. Jd ip⁹ dixerūt ad vitē: q̄ noluit deserere vnū qō letificat deū et homines. Dixerūtq; ad rhānū. Impera super nos. Qui respōdit. Venite ergo et requiescite sub vmbra mea alioquin egrediatur ignis de rhāno: et deuoret cedros libani. Est aūt rhānus genus rubi qō vulgo senticē appellant asperū nimis: ⁊ aculeatū sicut sentes. Joseph⁹ dicit hoc inter ligna habere naturā ignē pferēdi. Tūc exposuit eis paradigma dicēs. Interfecistis filios ierobaal: et filiū ancille ei⁹ sup vos cōstituistis regē. Si recte egistis cū ierobaal: et domo et filijs eius: recte sit vobis. Si aut̄ nō recte: egrediat ignis de abimelech: q̄ deuoret ipm ⁊ vos. Que cū dixisset aufugit. Factū est aūt cū regnasset super sichem tribus annis abimelech: dedit ei dñs spiritū malū aduersus eū: ⁊ expulerūt abimelech abvrbe et a tribu. Qui exercebat latrocinia sup eos gēs predā ex eis. Tēpore vero vindemiarū intrauit gaal cū fratribus suis in sichem. Quo descēdēte ad eos descēderūt sichimite vineas: vuasq; calcauerūt: ⁊ ingressi phanum dei sui inter epulas et pocula maledicebāt abimelech. Gaal quoq; dicebat. Quis enim est abimelech vt seruiamus ei? Nunq̄d nō est filius ierobaal. Ironice dictum est quasi nō est: sed spurius. Et addidit. Utinā daretur populus hic in manu mea vt auferrem abimelech de medio: zebul quoq; quem fecerat abimelech principē in ciuitate: clam nuntiauit abimelech omnia. Surrexit itaq; abimelech cū exercitu nocte: ⁊ tetendit insidias iuxta vrbem. Egressusq; est gaal mane ⁊ zebul cū eo steterunt in porta. Cuq; ascēdisset abimelech cuz exercitu: dixit gaal ad zebul. Ecce de montibus multitudo descendit. Cui zebul. Umbras mōtiū vides: quasi hominū capita ⁊ hoc errore deciperis. Rursus quoq; gaal. Ecce populus quasi de

Universidad de Deusto
Biblioteca

umbilico terre ɒscēdit. Cui zebul. Ubi est os tuū nūc quo cōtra abimelech loq̄baris. Egrederet pugna cōtra eū. Qui pugnauit ⁊ victus est: ⁊ fugiēs recepit se i vrbē. zebul aūt expulit eū ⁊ socios ei⁹. Sequēti die abimelech expugnauit vrbē: interfectis habitatoribus ei⁹: eāq̄ destruxit ita vt sal i ea dispergeret. Habitātes ɔro in turre siche mox ingressi sunt phanū dei sui: q̄ loc⁹ munit⁹ erat. Josephꝰ tñ dicit ꝓfugos p ꝓuinciā cōgregatos supra petrā munitissimā ⁊ nitebātur eā munire vel murare. Qō videsabimelech ascēdit i mōtem selmū ⁊ precisum ramū ferēs dixit sociis. Facite quod ego ago. Qui tollētes ramos ⁊ circūdātes presidiū succēderūt illud: ⁊ igne ⁊ fumo perierūt in eo mille viri: pter mulieres ⁊ parulos. Et rece dēs inde abimelech obsedit oppidū thebes. Erat aūt turris in medio in qua receperāt se thebite. Et nota q⁹ a thebis egyptiorū dicunt thebei. A thebis grecoꝝ thebani. A thebe iudeorum thebite. Cūq̄ abimelech expugnaret turrim: ⁊ ignē supponere niteret mulier fragmē mole iaciēs desup fregit cerebrū ei⁹q̄ ait armigero suo. Percute me ne dicar interfect⁹ a fęmina: q̄ interfecit eū. dāc pestem dicit Josephus accidisse effraitis eo q⁹ iurgati sūt aduersus gedeonem ad aquas iordanis.

Abimelech mortuꝰ.

¶Incidentis.

Incidens.

¶Eodē tpe chorus inuētus est i grecia: qđ instrumētū dicit strabo pellē esse cuz duab⁹ cicutis: p altera inspirat: p altera reddit sonū. Et scribit sēm quosdā siue aspiratione p voce aūt canētiū ⁊ mensura ⁊ vento cum ch aspirato.

¶De thola duce israel. Capi.x.

A Judi. 10.

Post abimelech iudicauit israel Thola ɒ Jsachar filꝰ phua patris abimelech. Nec moueat te phua ⁊ Joas fratres esse cū altero de Jsachar: alter de Manasse ortus fuerit. Filij eñ fuerūt vnius matris: ⁊ duoꝝ patruꝝ: de diuersis tribub⁹. Hic iudicauit israel in sanir. xxiij. an. ⁊ mortuꝰ ē.

¶Incidentia.

incidēs est nō ɒ biblia.

¶Eo tēpore hercules antheū vicit i palestra. ⁊ illū vastauit: bellū fuit iter laphitas ⁊ cētauros: q̄s palefactus i libro ɒ incredibilib⁹ nobiles fuisse describit eq̄tes thessaloꝝ. Priamꝰ filꝰ laomedontis regnauit i troia. Androgeꝰ athenis dolo interficit. Theseus i agone minotaurū occidit: ꝓpter qđ athenienses pueri tributarij a pena liberati sunt. Fuit aūtē Minotaurus vir q̄dā inhumanus ⁊ valens in palestra magistratus minois. Unde ⁊ sic dict⁹ est: q̄si minois taurus: id est minois carnifex.

¶De iair galaadite duce israel ⁊ morte eius. Capitulum. xj.

B Iudi. 10

Post tholā iair galaadites de tribu manasse iudicauit israel. xxij. annis habēs triginta filios q̄s fecit ꝓncipes triginta ciuitatū: q̄s vocauit noie suo auothair. i. oppida iair: ⁊ mortuꝰ est.

Incidentia.

incidēs est.

¶Eo tpe theseus rapuit helenā quā rursus receperūt fratres ei⁹ castor ⁊ pollux capta mīe theseī: eo peregre pfecto. Philistus scribit a ciuib⁹ tyrijs ozoro ⁊ carthagie carthaginē conditam. Carmētis nympha literas latinas inuenit.

De latinarū literarū inuētōe.

¶De penitētia filioꝝ israel ꝓpter idolatriā suā: ⁊ de Jepte. Ca. xij.

C Iudi. 10

Terū filij israel seruierūt idolis circūstātiū gētium: ⁊ tradidit eos dominꝰ in manꝰ philistiim ⁊ Amon. Et afflicti sunt vehemēter. xviij. annis: oēsq̄ habitabāt trāsiordanē in terra amoꝝ rei. Amonite quoq̄ iordane transmisso vastabāt iudā ⁊ beniamin ⁊ effraim. Qui afflicti clamauerūt ad dōm. Qui cū dure respōdisset eis: ite inuocate deos quos elegistis: proiecerūt omnia idola de finibus suis: et doluit dominꝰ super

super miserias eoꝝ. Cōgregatiq̄ sunt filij israel in maspha⁹ contra amonitas q̄ fixerant tētoria in galaad. Fuit eo tempore iepte galaadites vir fortissimus pugnator. sz filius meretricis. Hic habuit ꝓrez de galaad: de q̄ suscepit filios Qui cū adoleuissent eiecerunt eū. tanq̄s spurij dicētes. Nō poteris esse heres i domo patrū nostroꝝ. Et abijt in terrā iob. Et cōgregati sunt ad eū viri inopes ⁊ latrocinātes: ⁊ eū quasi principē sequebantur. Descēderūtq̄ ad eū maiores natu de galaad dicētes. Esto princeps noster: ⁊ pugna contra filios amon. Qui ait. Nonne vos estis q̄ odistis me ⁊ eiecistis. Qui dixerūt. Nō odimus te: nec venimꝰ vt psequamur te: sed vt sequamur te. Et ait iepte. Jnrate ergo mihi. Et iurauerunt. Et ascendens cuz eis in maspha⁹: humiliauit se coram dño: ⁊ factꝰ est princeps populi. Et misit nūcios ad regē amō i hec ꝓba. Exi de terra mea cur vastas eam. Qui rñdit. Tulit israel terrā meā cum ascēderet de egypto ⁊ recepi eā. Cūq̄ iepte dixisset ea iure belli acquisitā ⁊ multo tpe possessam ccc. annis noluit acquiescere amō vt exiret. Et ait iepte Judicet hodie dñs inter israel ⁊ amon. Et factus est spiritus dñi super iepte: ⁊ egrediēs ad pugnaz votum vouit dño dicens. Si tradideris filios amō in manus meas quicunq̄ de domo mea primꝰ occurrerit mihi reuertēti: eū holocaustū. dño offerā. Et pcussit iepte filios amō plaga magna nimis: ⁊ humiliati sunt coram filijs israel. Reuertenti autez iepte in maspha⁹: occurrit ei vnigenita filia ei⁹ cū tympanis ⁊ choris. Qua visa scidit vestimēta sua ⁊ ait. Heu filia decepisti me: et decepta es. Aperui os meū dño contra te. Filia vero non dolēs in hoc casu ꝓ victoria patris ait. Fac mihi pf quodcunq̄ pollicit⁹ es. Hoc solū ꝓsta mihi vt duob⁹ mensibus circūeam mōtes: ⁊ plāgā virginitatē meā cū iodalib⁹ meis. Et ait pr̄. Vade. Et ex pletis duob⁹ mēsibus rediit ad patrē suū: ⁊ fecit eū sicut vouerat. Exinde mos increbuit in isr̄l vt annuatim veniāt filij isr̄l ⁊ plāgāt filiā iepte quatuor diēb⁹.

A Judi. 11.

Jepte ꝓbatus mūdus fit ꝓphā.

Nota.

¶Arguit ioseph⁹ iepte q⁹ obtulit holocaustum nō legitimū nec deo charū. Quid si canē obuiū habuisset: immolasset eū dño. Fuit ergo in vonēdo stult⁹: i solūēdo impi⁹. Potuit tñ aīa votū cē bonus: q⁹ irruit sup eū spūs dñi: ⁊ etiā posit votuz. Nā ⁊ apostol⁹ ponit eū in catalogo bonoꝝ: quidā tñ excusantes eū familiari cōsilio spūssancti dicunt eū hoc fecisse. ¶Tūc venientes ad tē effraite dixerūt. Cur cōtēpsisti nos vocare ad pugnā. Incēdemꝰ domū tuā. Qui ait. Vocani vos et venire noluistis. Et vocatis viris. galaad pugnauit contra effraim. Occupauerunt aūt galaadite vada iordanis. Cūq̄ venisset ad eos q̄dā fugiēs de effraim: ⁊ obsecrās vt pmitterēt eū trāsire: dicebāt ei. Nūquid effrate⁹ es. Quo dicente. nō sz: interrogabāt eū. Dic ergo theboleth q̄ interpretatur spica. Qui rñdit: cheboleth: eadē litera spicā exprimere nō valēs. Statimq̄ ingulabāt eū. Et ceciderūt eo tpe de effraiz. xlij. milia. Et nota q⁹ effrate⁹ ponit hic ꝓ effraita. Effrateus eñ ꝓprie ɒ bethleemita. Et iudicauit iepte isr̄l. vj. ānis ⁊ mortuus ē: ⁊ sepult⁹ i ciuitate sua sebthi q̄ ē i galaad. Hic ab etate moy si vsq̄ ad seipm ait coputari ānos ccc. Annis his nō addūtur decē ⁊ octo anni afflictionis q̄ ꝓcesserāt.

F Heb. 11

A Judi. 12.

¶Incidentia.

¶Eo tpe hercules flāmis se iniecit. Nam in morbum inciderat pestilentem.

¶De abessan duce Jsrael. Capitulum. xij.

C Jud. 12

Post iepte iudicauit Jsrael abessan vl̄ essebon bethlemita de iuda septē annis.

Incidēs est.

¶Eo tpe agamem non regnauit micenis. Menelaus lacedemonie.

¶De

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ De ahilon. Cap.xvij.

POst ab ssaz ahilon zabulonites iudicauit israel annis decē. hic cū decē annis suis in.lxx.interpretib⁹ nō habeb⁹. pro quoꝝ dāno sapplēdo eusebius io sue filio nō samueli ꝛ sanctis: quoꝝ annos scriptura sacra nō dicit plures ānos ꝫ in iosepho legebat annotant: qnaten⁹ ab egressu isrl̄ ex egypto vsqꝫ ad edificationē tēpli: cccc.ꝛ.lxxx.annoꝝ summaꝫ quā scriptura predicat haberet.

¶ Incidentia.

¶ Eo tēpore alexander helenā rapuit bellū decēnale surrexit. Mēnon ꝛ amazones priamo tulere subsidium.

¶ De abdon dnce. Cap.xv.

D Iu.12. POst ahilō abdon thecuites de effraim iudicauit israel viij.annis. Sub his tribus iudicib⁹ nō recessit israel a dño: et q̄euit terra. Et ideō nil memoriale fecisse legunt. Tamen quidam tradunt sub abdō cladem factam in beniamin pro vxore lenite.

¶ Incidentia.

Inci=dēs est ꝛ nō de bibliis. ¶ Cyrinus āno tertio capta ē troia ꝛ finxerūt vsqꝫ ad primā olympiadem anni.cccvj. Tūc greci ad gloriam victorie sue ceperunt annotare tempora sua sic. Anno ab vrbe cōdita. Ultio xpiani annotant sic. Anno ab incarnatione domini. Capta troia menelaus ꝛ helena deuenerūt ad thyorim regem egypti quē homerus polibum vocat. Anno tertio acaptiuitate troie vel quito vt quidā volūt regnauit eneas tribus annis in italia in nio inuna olympiade computato. Est aūt olympias spaciū quatuor annorum.

De samsone. Cap.xvj. B

Iud.13. URsus filij Israel peccauerūt coram domino: ꝛ tradidit eos in manus philistinoꝝ quadraginta ānis a q̄ seruitute hoc modo liberati sunt fuit vir quidā de stirpe dan nomine manus: habens vxorem pulchrā sed sterilem. Cui sepe orantibus in agro pro sterilitate amouenda: apparuit ei angelus ꝛ ait. Concipies ꝛ paries filiū caue ne comedas aut bibas deinceps nisi iuxta legē nazareorū. Filius em tuus erit nazareus dei ex vtero matris ꝛ deinceps ipe liberabit israel. Alia litera Et dicetur samson robustus liberator israelꝫ. Que cuꝫ omnia indicasset viro suo ꝛ cōmendasset angeli pulchritudinem: cō tristatus est vir: qz zelotes erat. et vt mitigaret irrationabilem viri tristitiā: cōsuluit vt ambo orarent dominum vt iterum veniret angelus ad eos: ꝛ instrueret vtrūq; de puero. Et apparuit iterū angelus vxori. Que cum vocasset virū: ait manue ad euꝫ. Tunc es q̄ locutus es de puero. Cui ang̃elus. Sum. Cui manue. Quid vis vt faciat puer. Et ait angelus. Nazareus erit omni tempore vite sue. Attulitq; manue edū ꝛ panes cui angel⁹. Nō comedā. Si vis offerre offer illa domino. Et ait manue. Qđ est nomē tuū. Cui angelus. Cur queris nomen meū qđ est mirabile. et obtulit manne q̄ tulerat supra p̄tra dño: q̄ facit mirabilia. Et ascēdit angelus in flāma ignis. nec vltra apparuit. Et intelligēs manue esse angelū dei ait morte⁹ur: qz vidim⁹ dñm. Cui mulier. Nequaq̄. Nam accepit dns holocaustū. nobis: ꝛ idi vocauerūt samson: quod sonat robustū. Creuitq; cito puer. adeo vt ip̄a prophet̄a futurus agnosceret. cepitq; spiritus dñi cum eo esse in castris dan. id est in exercitu trib⁹ dan per anticipationē. Nondū em̄ trib⁹ dan propriam habebat sortē.

Additio.

Qua lege viuerent nazarei require in historia numeroꝝ. D Nu.6. Istud apposuim. vt satisfaceret hieronymo: qui ait nomen eius predictū a domino cū predeterminatū sit supra quot fuerint quorum nomina predicta sunt quia nomē fuit ei impositū scilicet samson. iuxta equipollētiam horum verborum domini ait hiero. predictū eius nomē.

¶ Quomodo samson accepit vxorē ꝛ interfecit leonem. Capi.xvij.

A Iud. 14. DEscendit igitur samson in thānata philisteoꝝ et vidēret sol nnitatē q̄ ibi agebāt ꝛ visa ibi ꝗdā ne cōcupiuit aitq; patri et matri. Accipite mihi queso vxorē thānatēā. qz cōplacuit oculis meis. Qui dixerunt. Cur negligis filias fratrum tuoꝝ. ꝛ trāsis ad filias incircuncisoꝝ. Nescientes q̄ res fieret a domino. Cumq; descēderent cū eo apparuit ei catulus leonis i vineis oppidi. ꝛ irruit in eū samson i spiritu domini nihil habēs i manu et dilaceravit eum frustatim. quasi hedum capraꝝ: ꝛ hoc parentibus nō indicauit. Desponsataq; sibi vxore cū post aliquot dies rediret vt acciperet eam declinauit vt videret cadauer leonis. Et ecce apes erāt in ore leonis: et fauus mellis quem sumptum comedit in via deditq; partē patri ꝛ matri ꝛ comederunt: partē quoq; sponse tradidit. Cūq; thannatei cives essent in epulis nuptiarū. ti mētes robur iuuenis. dederunt ei xxx.iuuenes robustos fmōe quasi socios: operē vero custodes. ne quid forte vellet cōmittere crescē te conuiuarum sanctate. Cuibus dixit samsō. Proponō vobis ꝓblema te ꝓpositō. De ꝓblema te ꝓpositō. si solueritis mihi infra septimū diē conuiij dabo vobis. xxx. syndones ꝛ totidem tunicas. alioqui vos dabitis mihi totidē. Qui dixerunt. Propone. Ait quoq; samson. De comedēte exiuit cib⁹ et de forti egressa est dulcedo. Joseph⁹ alia ponit verba. Qui cūcta deuorat cibuꝝ de se genuit suauez licet ipe sit insuanis. Nec potuerūt p tres dies ꝓpositionē soluere. Cūq; adesse dies septim⁹ dixerunt spōse. Blandire viro tuo: vt indicet tibi ꝓblema et indica nobis alioquin incēdemus te ꝛ domū patris tui. Que sollicitans virū fiēdo dicebat. O dixisti me. ꝛ ideo nō expōis mihi. Septē igit̄ dieb⁹ conuiij fiebat apud euꝫ. ¶ Sed quō septimo diebus fiebat cū supra dictum sit septimo die cōuiuij venisse ad eaꝫ iuuenes. ¶ Potest dici. Cumq; ad esset dies septimus. id est cum ad huc esset dies inter septē primus. Quo ideo determinatum est. ne putaret̄ post tres dies venisse. de quibus dictū erat q̄ nō poterāt soluere ꝓpositionez per illos tres dies Potest etiā aliter dici. Cumq; adesset dies septim⁹. id est appropinquaret. ſz nondū esset: vt dictū fit adesset quasi iuxta esset. ꝛ ita post tres dies inquisitionis eorū quarta die venerūt ad eā ꝛ locuta est viro suo: Quo aūt dicit septē diebus fleuisse hoc est in illis septē nō per illos. Quidā tamen corrigunt ita. Cumq; addesset dies vn⁹. Quod vitio scriptoris reor factuꝫ qui videns septem abbreuiatum estimauit legi vnum. Tandem die septima cum ei molesta esset expoluit

Que=stio. Ratio.

que fratiz indicauit ciuibus suis. Et illi die septimo ante solis occasum dixerũt samsoni. Quid dulcius melle: quid fortius leone? Qui ait. Quid dolosius muliere? Si nõ arassetis in vitula mea: non inuenissetis propositionẽ meã. Et irruit spiritus dñi in eũ: & descendit ascalonẽ & tibi percussit triginta viros quorũ allatas vestes dedit pronubis suis. Et iratus samson rediit i domũ patris sui. Uxor aũt eius nupsit vni de pronubis suis. ¶ Cũq; dies tricesimus messis instaret venit samson visere vxorẽ suã ferẽs hedũ. Cũq; cubiculũ eius vellet intrare phibuit pater dicẽs. Putaui q odisses eã. & tradidi eã amico tuo. Sororẽ habet q pulchrior est ea. sit tibi p ea vxor. Cui samson. Ab hac die non erit culpa in me cõtra philisteos. Faciam eĩ vobis mala. Et cepit xxx. vulpes & iussit caudas caudis & faces ligauit i medio quas igne succẽdens dimisit eas discurrere et incenderũt segetes philisteorũ in tãtum vt vineas quoq; et olineta ignis cõsumeret. Palestini scientes opus esse samsonis: vxorẽ eius et parẽtes cõbusserũt tãquam mali huius autores. Et ait samson. Adhuc expetã vltionẽ & quiescã. Et percussit eos plaga grauissima vt stupẽtes sura femori iponerẽt. lxx. interpretes dicũt ita. Percussit alienigenas samson. tibiã sup femur. q̃ ad priorẽ sensum reducit: id est tã mirabiliter: vt stupẽtes tibiam vni pedis sup femur alteri ponerent. Tũ q; tibijs incedim⁹ & sup femur sedem⁹: quidã exponũt sic. Percussit tibiã sup femur. id est pedites preter sedentes in equo. Et habitabat samson in spelunca petre ethan: quasi in loco munito.

Samson occidit. xxx. viros.

A Jud. 15.

Decaudis vulpiũ incensis.

¶ Quomodo interficit multos cũ mandibula asini. Capitulũ. xvij.

Ascēderunt igit cū exercitu duo reges in ramoth galaad: ⁊ iosaphat erat i stola regali. Cui achab differēs erat i hitu militari: vel ne cognosceret a syris Rex aūt syrie p̄cepat p̄ncipib⁹ belli: vt reliq̄s nō curātes solū achab sanguinē q̄reret. Et p̄terea ipeu facto pugnabāt ℨ iosaphat. Qui cū exclamasset quocās seruos itel lexerit syri nō esse achab: ⁊ cessauerunt ab eo. Un⁹ aūt dirigēs sagittā in icertū p̄cussit achab iter pulmonē ⁊ stomachū: et fluebat sanguis in sinū. i. in interiora currus ⁊ p̄cones reuocat⁹ est exercit⁹ a bello. Mortuus est autē achab et delat⁹ est in samariā: ⁊ sepult⁹ ibi iuxta domū eburneā quā edificauerat. Et dū lauarent mulierule currū ⁊ habenas in piscina samarie lixerūt canes sanguinē ei⁹: iuxta ⁊ bū helie: ⁊ regnauit ochozias fili⁹ ei⁹ p eo. Porro iosaphat fœdūti occurrit hieu fili⁹ anani arguēs eū q⁹ impio p̄buisset auxiliū. Josaphat ℨo regnauit in hierlm. Triginta q̄nq̄ ānox erat cū regnare cepisset: ⁊ xxv. ānis regnauit. Cepit autē regnare anno. iiij. achab regis isrl. ¶ Sed ⁊ hic ozik q̄ō de collatiōe: q̄s oēs post libruz regū sep̄atim discutiem⁹. ¶ Et ambulauit iosaphat i vijs asa p̄is sui. Anno siquidē tertio regni sui p̄cepit p̄ncipib⁹ ⁊ sacerdotibus regni sui: vt pagrātes p singulas ciuitates docerēt pplm legē moysi porro amonite: moabite: ⁊ arabes: irruerūt i iudā circa ēgaddi. Et otā te iosaphat i tēplo vt legit in paralippomenō cōfortauit eū iaziel filius zacharie ppheta dicēs.

Addicio.

Nota q̄ō iudea q̄nq̄ dicitur tota terra iudeox vt ibi ignoti iudea dei: et not⁹ in iudea deus. Q̄nq̄ iudea dicit tm tribus in de et beniamin: sm q⁹ dicit q⁹ roboam regnauit sup iudam ieroboaz sup israel. Q̄nm sola tribus inde iudea dicit vt ibi. Judea ⁊ hierusalē noli timere.

A pš. 75.

3. Reg. 22.

De ioſaphat rege iuda.

2. Par. 17.

O iuda et hierusalem nolite timere: cras egredimini et dñs erit vobiscū. Et egressus p̄cussit hostes et fugauit. Cūq̄ diripere t israel castra hostium tribus diebus: dixit loc̄ illū conuallē benedictionis ⁊ habuit deceps cor fetū cū dño. Sz ⁊ reliq̄as effeminatorū abstulit ⁊ tra verū tamē excelsa nō abstulit: et adhuc fluebat ēdō regi inda in tributo. Misit q̄z iosaphat classes in ophir ppter aurū q̄ fracte sunt in asiongaber. Hāc cōfractionē p̄dixerat ei eliezer ppha fili⁹ dodā futurā: q⁹ iosaphat fecerat fed⁹ cū ochozia. Et mortu⁹ est iosaphat ⁊ sepult⁹ i ciuitate dauid: ⁊ regnauit p eo iozā fili⁹ ei⁹.

Incidentia.

¶ Sub iosaphat nonus latinorū rex fuit filmius carptem⁹ dicimus filius tyberi⁹: a q̄ fluuius dictus est tyberis: q̄ prius albula dicebat vndecimus filuius agrippa.

¶ Finit historia tertij libri reguz.

¶ Sequunt tituli capitulorum in historiam Regum quarti.

De ochozia rege israel. Cap̄.j.
De raptu helie. ca.ij.
De sale helisei. Cap̄.iij.
De tribus regibus qui obsederūt regem moab. ca.iiij.
De superabundantia olei. cap̄. v.
De suscitatiōe filij sunamitȝ. c.vj.
De coloquintidis ⁊ superabundātia panum. Cap̄.vij.
De naaman. Capi.viij.
De securi ⁊ acrissia syriozum. c. ix.
De fecūda obsidiōe samarie. c.x.
De fame septem annox ⁊ peregrinatione mulieris sunamitis. c.xj.
De morte benadab. ca.xij.
De ioram rege iuda. ca.xiij.
De hieu rege israel. cap̄.xiiij.
De.lxx. filijs achab ⁊ eorum morte. ⁊ de morte hieu. ca.xv.
De athalia ⁊ ioas. ca.xvj.
De gazophylatio. ca.xvij.
De obitu helisei. cap̄.xviij.
De amasia ⁊ ioas rege isrl. ca.xix.
De ieroboam rege isrl: ⁊ amos ppheta. Capitu.xx.
De ozia. ca.xxj.
De zacharia ⁊ sellum ⁊ manahē. Capitulum. xxij.
De initio natiuitatis decem tribuum. Capitu.xxiij.
De ionathan. ca.xxiiij.
De achaz. ca.xxv.
De captiuitate ōcē tribuū. c.xxvj.
De ezechia. ca.xxvij.
De signis itrū annox que p̄dixit esaias. ca.xxviij.
De fuga sennacherib. ca.xxix.
De regressu solis. ca.xxx.
De morte ezechie. ca.xxxj.
De manasse ⁊ obitu esaie. c.xxxij.
De morte manasse. ca.xxxiij.
De amon ⁊ iosia. ca.xxxiiij.
De hiercmia. ca.xxxv.
De inuētiōe deuteronomij. c. xxxvj.
De morte iosie. ca.xxxvij.
De ioachi vel ioachas. c. xxxviij.
De nabuchodonosor ⁊ morte ioachim. Capitulum. xxxix.
De sedechia. ca.xl.
De lagunicula testea. ca.xlj.
De p̄ma obsidiōe hierlm. ca. xlij.
De secūda obsidione hierlm. c. xliij.
De fuga sedechie captaviti. xliij.
De incendio templi ⁊ vrbis ⁊ godolia. ca.xlv.
De morte sedechie. ca.xlvj.
Sedatio cōtrarietatum. ca.xlvij.

¶ De Ochozia rege israel. Capitulū primū. Historie regū quarti.

Otro ochozias fili⁹ achab regnare cepit in samaria: anno. xvij. iosaphat ⁊ duobus annis regnauit ⁊ ambulauit in vijs

21 4. re.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris ⁊ matris sue:⁊ prevaricatus est moab in isrl̃.i. recessit a tributo ei⁹. Ceciditq; ochozias per cancellū cenaculi:⁊ egrotauit: et misit nuncios ꝺ̃ consulerēt beelzebub deū accarō: de infirmitate sua. Josephus dicit misit ad deum accaron muscam: et misit dominus heliam in occursum nunciorum Qui ait eis. Nūquid nō est deus in israel vt eatis ad deū accarō. Quāobrē nō cōsurget ochozias: sz morietur. Cūq; redijssent nūcij ad regē et dicerēt se rediisse ꝓ hmōi ꝓhibitione q̃stuit ab eis de habitu viri q̃ apparuerat eis. Qui dixerunt ei. Vir pilosus ē:⁊ zona pellicea accinct⁹. Qui ait. helias est: misit rex quinq̃genariū cum suis quinq̃ginta armatis vt vocarēt heliā vel inuitū traherēt. Et ait q̃nq̃genari⁹ helie sedēti in vertice mōtis. hō dei rex ꝺcepit vt descēdas. Qui respōdit. Si hō dei sz descēdat ignis de celo:⁊ deuoret te ⁊ tuos⁊ ic factū ē. Misit q̃z rex aliū q̃nquagenariuz cū suis:q̃ illa locut⁹ ē:⁊ illis pas sus. Destinauit q̃z tertium q̃nq̃genariū: q̃ credit fuisse abdias: q̃ cur uans genua cozā helia ait. Obsecro vt miserearis aie mee et seruorū meoꝝ. Et ait angel⁹ ad heliā. Descēde cū eo ne timeas. Qui descēdit ad regez ⁊ ait. Quia misisti ad beelzebub quasi nō esset deus in israel: morieris. Et mortuus est ochozias et regnauit ioraz frater eius pro eo: anno secundo ioram filij ioſaphat:⁊ tunc equinoci fuerunt rex iuda ⁊ rex isrl̃ ⁊ affines.

Ignis vocat q̃nq̃genarios

Additio. Beelzebub deus acceron dicitur musca.

¶ De rapta helie. Capitulum. ij.

Factum est cum leuare vellet dominus heliam per turbinē in celum venerunt helias et heliseus in galgala. Et ait helias ad heliseū. Mane hic: quia misit me dominus in bethel. Qui respōdit. Viuit dominus⁊ viuit anima tua: quia nō derelinquā te. Sciebat et in spū eum tollēdū esse. Et occurrerunt eis filij ꝓphetarū q̃ erāt in bethel:⁊ dixerūt ad heliseuz secreto. Nosti q⁊ hodie tollet dūs tuus te. Qui respōdit. Noui. Silete. Et ait helias. Mane hic. Qui noluit. Cūq; venisset in hiericho: dixerunt heliseo filij ꝓphetarum qui erant ibi quod et predicti. Et voluit helias vt maneret ibi: sed noluit. Cumq; venirent ad iordanem ambo:⁊. l. de filijs prophetarum a longe specularentur: involuit helias pallium suū ⁊ percussit aquas que diuise sunt. et transierunt per siccum. Cumq; transissent: dixit helias ad eum. Postula quod vis: et faciam tibi anteqũ tollar a te. Qui respondit. Obsecroꝝ fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit. Rem difficilez postulas: tamē si videris me quādo tollar a te erit: alioquin non erit. Spiritum duplicem habuit helias: id est ad duo. ad prophetiam:⁊ ad miracula. Et ad eadem duo fuit spiritus in heliseo. et ita non petijt discipulus esse sup magistrum. ¶ Quidam tamen distinguunt ita: fiat spiritus tuus duplex in me: id est dupliceꝝ i me. Quod ita impleturz fuisse tradūt. Nam heliseus vinens suscitauit mortuum: sed et mortuus suscitauit mortuum: quod non helias.

helisei petitio

Nota.

¶ Cumq; pergerent: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrūq;:⁊ ascendit helias:⁊ ferebatur per turbinem in celum. Legitur q⁊ sabacha pater helie nōduz nati: vidit in somnis viros candidatos se salutantes. Quod cū nūtiasset in hierusalem: responsum est ei. Puer hic iudicabit israel in gladio ⁊ igne. Heliseus autem videbat et clamabat. Pater mi pater mi: currus israel ⁊ auriga eius id est sustentator populi et rector. et dixit ei helias pallium suum. Tunc ille scidit vestimēta sua vel pre dolore: vel abijciens vestem suā: vt deinceps vteretur veste he

lie. Et rediens ad iordanem percussit aquas pallio helie⁊ nō sunt diuise:⁊ ait. Ubi est dē⁹ helie etiā nunc percussitq; iterum et diuise runt. Et transijt. Quod videntes filij prophetarum dixerunt. Requieuit spiritus⁹ helie sup heliseuz. Et occurrētes adorauerunt eum:⁊ eo licet renitente miserunt. l. viros ad querendū heliam: si forte proiecisset eum dūs in aliquo mōtiū vel vallū. Cūq; quesissent per tres dies: eo nō inuēto redierunt.

5 4. re. 2

¶ De sale heliſei. Capitulum. iij.

Vnc dixerūt viri hierico ad heliseū. Terra hec optima est sed aqua fontis pessima terrā facit sterilē. Qui assumēs vas nouum terreū misit in illud sal:⁊ egressus ad fontē misit sal i illū. Et cum orasset ait. Hec dicit dūs. Sanaui aquas has⁊ nō erit ī eis mors vltra: neq; sterilitas. Forte morbosa erat bibentibus cum sterilitate. Et sanate sunt aque vsq; ad diem hāc. Cumq; ascēderet in bethel: illi: debant ei. rij. pueri decentes. Ascende calue. Et maledixit eis in nomine domini: id est ꝓ nomē domini vel inuocato nomine domini. Egressiq; sunt duo vrsi de saltu ⁊ deuorauerunt eos. Cūq; trāsisset ꝓ mōtē carmeli: redijt in samariā ⁊ habitabat in ea.

¶ De tribus regibus qui obsederunt regem moab. Capi. iij.

3 4. re. 3

Oro ioram filius achab regnauit in samaria anno xviij. ioſaphat.⁊ rij. annis regnauit: tulitq; idola gentium: que pater suus introduxerat: verumtamen a cultu vitulorum ieroboam non recessit. Quem cum redargueret micheas: occisus est ab eo precipitio: vt dicit epiphanius episcop⁹ salamie cypri. Et sepultus est in mozaphy solus turta sepulturam senachim. Iste fuit post micheas similiter mozaphites sextus. rij. prophetarum. Porro rex moab soluebat regi israel tributum .c. guos. c. milia: et totidem arietes cum velleribus suis: sed mortuo achab recessit a tributo. Quamobrem ioram rex israel ascendit contra eum in prelium⁊ habuit secum ioſaphat regem iuda: sed et ioſaphat duxit secum regē edom. Cumq; iuissent per desertuz idumee. vij. diebus nō erat eis aqua. Et ait Josaphat: est ne hic propheta dūi. Et respondit q̃dam. Est hic heliseus qui fundebat aquā super manus helie. Et steterunt tres reges ante heliseū. Qui dixit ad regem israel. Quid mihi et tibi est. i. tu cum sis idolatra: quare venis ad prophetam domini. Verūtamen propter ioſaphat: respiciaz te:⁊ ait. Adducite mihi psaltem. i. psallentem. Cūq; caneret psaltes: per armoniaz excitatus est spiritus eius:⁊ factus est spiritus domini super eum: et ait. facite in alueo torrentie huiꝰ ericcato fossas⁊ foueas: vt abundātiam superuenientis aque retinere possint. Dabit enī dominus vobis aquam sine vento: et pluuiā in abundātia. Insuper tradet dominus moab in manu⁹ vestras: vrbes electas penetretis: ligne fructifera succidetis: fontes obturabi tis. agros egregios operietis la pidib⁹. Factū est mane i hora sacrificij irruerunt aque per alueuz ad̃ ꝓtorrentis. Pluerat enim vehemēter tribus diebus vt ait Josephus in supremis partib⁹ idumee: Porro moabite habāt in terminis terre sue: vt prohiberēt hostes ab ingressu. Qui cū mane vidisset eos aduerso aquas turbidas sorrēt; solere repercussas suspicati sunt ifectas sanguine:⁊ dixerūt. Surgam⁹ ad predā mutuo ceū sunt hostes. Et dum irruerēt ꝑcipites percussit eos israel:⁊ fugerūt:⁊ depopulat⁹ est israel moab et fecit illa quatuor que prediximus. Et circūdederunt ciuitatez vbi erat sedes regni: que a fundibularijs ex magna parte percussa est. Et vesperās rex moab tulit secū septingētos cle

Precepta b⁹ heliseus b⁹ regi tribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

etos: vt irrũperet p partẽ exercitus vbi erat rex edõ ⁊ anfugeret. Sed hostes repulerunt eũ in vrbem: ⁊ necessitate cõpulsus: filiuz q̃ regnaturus erat p eo: corã hostibus supra muruz obtulit holocaustum: vt deus cũ liberaret. Reges autem videntes hoc factũ ne cessitatis ex humana compassiõe recessert ab eo. Et rediit Iosaphat in hierusalẽ: ⁊ occurrẽs ei hieu p pheta/filius anani: culpabat eũ q̃ hoc idolatre solacia prebuisset.

A 4. reg. 4.

¶ De superabundãtia olei. ca. v.

HActum est autem q̃ quedaz mulier de vxoribus ppheta rum vxor. s. abdie ad heliseuz clamabat dicẽs. Uir meus mortuus est ⁊ oppressus erat ere alieno p̃ter alimoniã prophetarũ. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiẽdũ sibi. Et respondit heliseus. Quid habes in domo tua? Et illa. Non habeo nisi paruz olei quo vngar. Qui ait. Pete mutuo vasa vacua nõ pauca ⁊ clauso ostio cũ filijs tuis mitte inde in oia vasa. Ũq̃ infunderet mulier: crescebat oleũ: cũ impletis vasis stetit. i. crescere cessauit. Dõ cuz accepisset heliseus: ait ad eã. Uade vende ⁊ redde creditori tu aũt ⁊ filij tui viuite de reliquo.

¶ De suscitatiõe filij sunamitis. Capitulum. vj.

B 4. re. 4

HActum est vt transiret heliseus per sunaz ciuitatem et erat ibi mulier magna non tam corpore q̃ sapientia: q̃ intelligẽs virũ dei esse tenuit eũ vt comederet panẽ. Cũq̃ frequẽter diuerteret ad eã heliseus suasit muliervirosno: vt faceret ei cenaculũ paruũ: ⁊ poneret i eo lectulũ ⁊ mẽsaz ⁊ sellã ⁊ cãdelabrũ. Et rediẽs heliseus requieuit ibi: ⁊ ait ad giezi. Voca sunamitẽ hãc ⁊ loquere ad eã. Quid vis vt faciat dñs meus tibi. Loquek pro te regi vel principi militie. Que respondit. In medio populi mei habito: quasi diceret. Uallata sum ppinquis: ⁊ nullus inquietat me. Cũq̃ quereret heliseus q̃d vellet: dixit giezi ad eum. Filium nõ habet: ⁊ vir eius senex est. Tunc ait heliseus ad eã. Vocet in tẽpore isto ⁊ i hac eadẽ hora si te vita comes fuerit habebis in vtero filium. Hebreus sic hz. In tempore isto: cuz tẽpus vite (subaudi natum) ad hanc erit tibi: habebis ⁊c. Que respondit. Noli vir dei mẽtiri ancille tue. Concepit tamen mulier ⁊ peperit: iuxta verbũ helisei. Cũq̃ creuisset puer: egressus ẽ ad patrem ad messores ⁊ egrotauit. Cũq̃ clamasset dis: caput meũ doleo remisit eũ pater ad matrẽ suaz: ⁊ mortuus est. Et colloc anit eũ mater super lectum viri dei: ⁊ clausit ostium ⁊ vocans virum suuz ait. Curram ad virum dei ⁊ reuertar. Qui respondit. Hodie nõ sunt calende nec sabbatũ: cur ibis. Iste enim diebus prophete ⁊ doctores solebant frequentari: ⁊ audiri. Et tollens mulier vnum de pueris secum sedens in asino venit ad virũ dei in mõtẽ carmeli. Qui cũ vidisset eã ait ad giezi. Ecce sunamitis illa. Occurre ⁊ dic ei. Recte ne agit circa te ⁊ virũ tuũ ⁊ filiũ. Que rñdit. Recte. ¶ Et nota q̃ semper heliseo hospitã suã vocabat sunamitẽ. Nõ em tantã habuit familiaritatẽ cũ ea: vt proprij nomen eius sciret. Et piecit se mulier et apprehẽdit pedes helisei. Et ait heliseus giezi volẽti eã amouere. Dimitte illã. Ania ei in amaritudine est: ⁊ dñs celauit a me. Et ait mulier. Nunq̃d petiui filiũ a te. q. d. Mihi non petenti dedisti filiuz in pniciẽ meã. Nũq̃d nõ dixi tibi ne illudas me. Illusionẽ vocat dare filiũ a dño ⁊ tã cito auferri. Et ait ille ad giezi: tolle baculũ meũ ⁊ vade ⁊ ne facias mozãy. aliquẽ salutando vel respondendo salutãti: ⁊ pones baculũ meũ sup faciẽ pueri. Cumq̃ abijsset ait mulier ad heliseũ. Uiuit dñs non dimittam te. Et secutus est eam. Et reuersus est giezi in occursum eius dicens. Non surrexit puer. Et ingressus heliseus incubuit sup puerum ⁊ cõtrahens se coaptauit mẽbra sua membris eius. Et cũ oa. set calefacta est caro pueri: et osculatus est pueri: ⁊ aperuit oculos. Que cum reddidisset matri viuentem: reuersus est in galgala. Hunc locũ sepe frequentabat heliseus tũ p religione loci. tum quia ibi natus est. et in ortu eius tale ibi contigit prodigium: vt imago vna ex vitulis aureis mugiret acute. Quo audito i hierm sacerdos diuino nutu ait. Propheta natus est i isrl q̃ sculptilia eoruz destruet ⁊ fusilia.

Suscitatio pueri.

¶ De coloquintidis ⁊ superabundantia panum. Capitulũ. vij.

F 5 4. Re. 4.

POro fames erat in terra ⁊ filij pphetarũ decẽ venerãt ad heliseum. Qui dixit vni de pueris. Coque pulmentum filijs prophetarum. Qui egressus vt colligeret herbas agrestes: inuenit quasi vitem siluestrem ⁊ collegit ex ea coloquintidas nesciẽs: quid esset ⁊ cõscidit in ollã pulmẽti. He sunt agrestes cucurbite amarissime: minores his q̃ in ortis nascunt. Uel vt quidã dicũt herba est quasi vitis se diffundens in sepib⁹ fructu modico purpureo ⁊ rotũdo cũ maturus est. Cũq̃ guttassent recubẽtes de coctione hac clamauerunt. Mors in olla vir dei. i. amaritudo quasi in morte vel mortifera. Et allatã farinã misit in ollã: ⁊ dulcorata est esca. Uir autẽ dei detulit viro dei panes primitiarũ. x. xx. panes hordeaceos: ⁊ frumẽtũ nouũ in pera id est grana cõfricata. Nõ est intelligẽdũ de panibus primitiarũ q̃ offerebant in pentecoste nec de polẽta q̃ offert i pasca. sed q̃ fames erat in terra festinãter de tritico adhuc recente fecerat iste panes. quos fecit heliseus apponi populo. Quidam dicũt. c. viris quia minister dixit. quãtũ est hoc vt apponã. c. viris. Sed intelligẽdũ vt apponã ⁊ iã. c. viris nedũ populo. Uel forte duos tantũ panes primitiarũ apposuit. c. viris dicens. hec dicit dominus. Comedẽt ⁊ supererit. Et factum est ita miraculose iuxta verbum domini.

Nota

¶ De Naaman. Cap. viij.

A 4. re. 5

NAaman autẽ princeps erat militie regis syrie vir diues ⁊ assidu⁹ sz leprosus. Et latrũculi de syria captiuã duxerant puellã de israel: q̃ erat i obsequio vroris naaman. Que ait ad dominã suã. vtinã fuisset dñs meus ad pphetã samarie qui curaret eum. Tulit naaman argentũ ⁊ aurũ multũ: ⁊ x. mutatoria vestiũ: id est decẽ paria: vel nouas vestes q̃ sic vocant pro mutatiõe vestiũ veterũ. Tulitq̃ secũ literas regis syrie ad regem israel: in hec verba. Scito q̃ misericordiã ad te naaman vt cures eũ a lepra. Et audiẽs rex israel blasphemiã scidit vestimẽta sua: ⁊ ait. Nunq̃d ego dei sum vt curẽ hominẽ leprosum? Occasiões queritad uersum me. Et misit ad eum heliseus dicẽs. Cur scidisti vestimẽta. tua? Ueniat ad me ⁊ sciat pphetã esse in israel. Stetit itaq̃ naaman ⁊ equitatus eius ad ostiũ helisei. Qui misit ad eũ dicẽs. Lauare septies in iordane et mundaberis. Cũq̃ abiret naaman indignãs q̃ nõ tetigisset eũ inuocãs nomẽ domini: dixerunt ei serui sui. Si rem grandem dixisset tibi propheta facere debueras quãto magis quod modicum est. Descendit ergo ⁊ lauit se in iordane septies ⁊ mundatus est. Et rediens stetit corã heliseo ⁊ ait. Scio q̃ nõ sit deus alius in vniuersa terra nisi in israel. Et obtulit ei benedictionem. Cumq̃ renuenti vim faceret: ait heliseus. Uiuit dominus: cuius non accipiã. Et ait naaman. Obsecro vt tollas onus duorum burdonum de terra hac. Est autem burdo ex equo et asina. Secundum quosdam tulit terram vt sterneret eã in templis idolorum: vt stans super eam adoraret deum terre israel ne offenderet dominum sum si pariter non adoraret

Heliseus nolcapere voluit pro curatione sed giezi cepit q̃ propter le punitur.

adorauerat. Sed veri⁹ videtur q̄ fecerit altare domino ex ea ad imolandum. Unde ⁊ subdit. Non faciet seruus tuus vltra holocaustū ac victimas dīis alienis nisi dño. Unū est qđ imitare nō possum cū inutilit rex sup manū meā: ⁊ adorat in tēplo rēmon oportet me simul adorare. Ora dñm vt nō imputet mihi hoc. Et abijt naaman electo terre pondere id est cum eligisset terrā ad portandū. Hebre⁹ sic habet. Adijt abeo aliquāto terre spacio. Eadem ambiguitas in genesi legit. Erato vernum tempus: et ingrediebatur effrata. Hebre⁹ habet. Adhuc spacium terre erat: et ingrediebatur effrata. Et sic latinus interpres posuit electum tempus vel vernus pro spacio. Cucurrit ante giezi post naaman vt aliquid acciperet ab eo et ait. Dominus meus misit me ad te dicens. Venerunt ad me duo adolescētes ex filijs prophetarum: da eis talē tū argēti ⁊ vestes duplices. At ille dedit ei duo talēta ⁊ vestes ⁊ tradidit eis pueros q̄ deferrēt eos ⁊ abscōdit ea in domo. Cumq; vespere staret corā heliseo ait. Undevenis giezi? Qui respōdit. non iuit seruus tuus quoq;. At ille. Nonne cor meū tecū erat cum reuersus fuerat homo in occursum tuū. Accepisti argentū vt emas possessiones. Sed lepra naamā adherebit tibi ⁊ semini tuo in sempiternū. Et egressus est ab eo leprosus. Nō legit ad litera giezi filiū habuisse leprosum nec posterū. Certū est aūt de giezitis q̄ lepra simonie respersi sunt.

B 4.re.6

¶ De securi ⁊ acrisia syroꝝ. ca. ix.

HActum est autem cum esset heliseus cū filijs prophetarum incidentibus ligna ad iordanem cecidit ferrum securis vnius in aquam. Cumq; eiularet ille: misit heliseus lignum in aquam vbi ceciderat ferrum: ⁊ natauit ferrus ⁊ tulit illū. Porro rex syrie pugnabat ꝓtra israel: ⁊ sepe ponebat seruos suos i insidijs quas caue-

rex israł heliseo sibi manifestante abscondita syroꝝ. Et ꝓturbat⁹ rex syrie ait seruis suis. Quis vestrū proditor est mei apud regē israel. Et ait vnus. Nequaq; sed heliseus indicat regi israel quecūq; loqueris in cōclaui. Qui ait. Mittā ⁊ capiā eū. Cumq; accepisset eū esse in dothaim: misit illuc robur exercitus. Qui venientes illuc in nocte circūdederūt ciuitatē. Manepuer heliseī vidit exercitum: territusq; clamauit. Heu dñe quid faciem⁹. Qui respondit. Noli timere: plures sunt nobiscum. Et orante heliseo aperuit dñs oculos pueri: ⁊ vidit montem plenū currib⁹ igneis: id est agminibus angelorū. Cūq; intrarent hostes ad eum: orāte heliseo percussit eos dñs cecitate nō omniquidē. sed acrisia ne eum agnoscerēt. Et dixit ad eos heliseus. Nō est hec via: nec est ista ciuitas. i. nō est hic mansio heliseī. Sequimini me ⁊ ostēdam vobis virum quem queritis: ⁊ duxit eos in samariam. Et orāte heliseo aperuit dñs oculos eorū: ⁊ viderūt se esse in medio samarie: ⁊ hostes circumstantes. Et dixit rex israel ad heliseum. Percutiā eos pater mi. Qui respōdit. Nequaq; dñs enim adduxit eos: sed prebe eis hospitalitatē affinēter. Quo facto redierunt syri ad propria nec vltra in dieb⁹ heliseī venerunt latrones syrie in israel.

Additio.

Acrisia est amēsia visus. s. quādo ḡrim⁹ qđ in manu tenemus

¶ De fame ⁊ secunda obsidione samarie. Cap. x.

B 4.re.7

HActū est post hec benadab rex obsidebat samariā ⁊ facta est fames in samaria. ita vt vēderetur caput asini. lxxx. argēteis nummismatis: ⁊ quarta pars cabi stercoris columbarum: quinq; argenteis. Hec (vt ait Iosephus) condiebāt cibos pro sale. Trado qđ dam nomine stercoris dici vesicam columbe in qua repertebant grana ō fotis alata. Cūq; trāsiret rex israł p murū: ⁊ ꝓclideraret custodias muri: clamauit ad eū. Salua me dñe rex. Qui suspicatus q̄ ḡre ret aliqđ ab eo: cōmot⁹ rndit. Nō saluat te dñs. Unde saluare possū. De area an de torcular. Qui rndit. Nequaq; dñe sz ego et mulier ista cōdixeram⁹ de filijs nr̄is comedēdis: ⁊ comedim⁹ filiū meū. hec aūt abscōdit filiū suū. Et ꝓtristat⁹ est rex vehemēter ⁊ scidit vestimēta sua ⁊ apparuit cilicio quo vestit⁹ erat ad carnē: ⁊ ait. Quid amplius mali possumus expectare a dño. Hec faciat mihi de⁹ et hec addat: si steterit caput heliseī sup ipsum hodie. Hoc cū malum imputabat heliseo q̄ cuius nō liberabat cuz posset. Cumq; misisset speculatore: penitētia duct⁹ sequebat eū vt p̄beret. Heliseus autē sedebat in domo sua ⁊ senes cum eo. quos ioseph⁹ discipulos ei⁹ dicit. Et ait heliseus. Nescitis q̄ filius homicide qui. s. occidit naboth misit vt p̄scidat caput meū. Prohibite intrare nuntiū donec veniat rex qui phibebit ei quod insserat. ¶ Cum ḡ superuenisset rex ait heliseus. Crastinac hora erit in porta samarie modius simile p statere vno. ⁊ duo modij hordei simil̄. Et irrisit eū vnus eor⁹ sup quor⁹ man⁹ rex incūbebat dicēs hoc esse impossibile. Cui heliseus. Uidebis ⁊ non comedes. Porro quatuor leprosi erant ad introitū porte fame desficientes. Qui vespe venerūt ad castra syrie et neminem ibi reperūt. Terruerat em̄ dñs syros: ⁊ sonit⁹ exercit⁹ magni mittēs: sup eos: fugerūtq; alas suas tm̄ saluare cupientes: ⁊ intrātes leprosi comederūt. ⁊ tollētes de ꝑda iurta cor suū nūtiauerūt portatorijs vrbis syros abūsse suspicat⁹ aūt rex israł syros simulasse fugā ⁊ latere: misit duos in eos q̄ explorarēt olauseq; ad iordanem. Qui cū reuersi nūtiassent syros fugisse egressus pplus diripuit castra ⁊ vēdebāt similā ⁊ hor-

deū iurta vbū heliseī. Unx aūt q̄ irriserat eū a rege ꝓstitut⁹ ad portā oppressus ē a turba ⁊ mortu⁹ ē.

¶ De fame septem annoꝝ ⁊ peregrinatiōe mulieris sunamitis. c. xj.

A 1.re. 8.

POst hec aūt heliseus locut⁹ ē ad mulierē cui⁹ filiū suscitauerat. Uade cuz domo tua pegrinari vbicūq; poteris. Uocabit em̄ dñs famē sup terrā septem annis. i. angelū ꝓpositū fami. q. d. fames veniet. vt est locutio. De hac fame ambiguū est vt p̄ presserit p̄dictā obsidionē vel secuta sit. Ingitur mulier itranit terrā philistiim ⁊ ꝓtribules occupauerūt bona ei⁹. Que finita fame regressa est: et intranit vt iterpellaret regē ꝓ domo sua ⁊ agris. Et tūc rex loq̄bat cuz giezi: querēs ab eo magnalia heliseī. Qui videlicēt mulierem ait. Dñe hec est mulier ⁊ hic est filius ei⁹ quē suscitauit heliseus. Que cū narrasset regi seriem facti restituit ei rex quecunq; amiserat a die qua reliquerat terram.

¶ De morte Benadab. Ca. xū.

C 4.re.8

POro benadab rex syrie audiēs q̄ de⁹ amouerat eū ab obsidiōe ⁊ nō ho ꝓstitatus egrotabat. Heliseus aūt veniebat damascū: ⁊ misit rex i occursum eius azahel cū muneribus: vt ꝓsuleret eū de infirmitate sua. Cui ḡrenti rndit heliseus. Die ei sanaberis. Nec dixit sanabit: quia mortu⁹ est rex. Sed vt diceret ei sanaberis: postea traxit azahel in partem dicens. Ostēdit mihi dñs q̄ moriet ⁊ tu eris rex syrie. Tūc impletum est quod dixerat dñs helie. Aliter enim nō insurit helias azahel nisi q̄ per heliseum ꝓdixit eum futurum regem. Et fienit heliseus videns in spū mala que factur⁹ erat azahel filijs israel que etiā indicauit illi. Et reuersus azahel ad regem dixit: sanaberis. Altera die tulit stragulū: ⁊ infudit aquā: ⁊ expandit: sup faciē eius. Stragulus propie est stratorium quod secto vel sedili superfernitur. Et dr̄ tiā citur

citur q̄ azahel pānū pfusz aqua imposuit sup eū ad refrigerandū. Hebrē hz. Expādit sup faciē sūā stragulū: vt nō azahel sz ipe bena dab hoc fecisse itelligāt: z tū mortuꝰ est rex z regnauit azahel p eo. Quidā tū hoc exponūt de obsequio mortui dicentes qō azahel mortuū lauit aqua: z expādit stragulū sup faciē mortui. Josephus plane dicit q̄ azahel altera die in fuso laqueo strāgulauit illum. Ad hunc sensum quidā predictā literā referūt dicētes q̄ azahel vestē madefactā posuit sup faciē eius stimulans refrigerationem: sz statim effadit aquam super os eius do nec suffocaret eum.

¶ De Joza rege iuda. Capi. xiij.

E 4.re.8 Octo anno q̄nto ioram filij achab regis israel i quo cō regnauerat ei iosaphat rex iuda regnauit ioram filius iosaphat in hierusalē octo annis. Qui ad cōsilium vxoris fecit malum coza dño secutus deos alienos. Tū dñs nō disp̄didit iudā ꝓpter dauid seruū suum. Tūc recessit edom ne esset sub iuda. Nā z regē suum tributarium occiderunt idumei nouum creantes qui nō teneretur tributa reddere. Cūq; ioram: sed fratres suos occidisset: cōpelleretq; hierosolymitas etiam idolatrare: tulit ad eum helias quidam propheta epl̄am cozrectoriā cū cōminatiōe pene. Impleta est antē cōminatio in hūc modū. Arabes irrūētes in iudā vastauerūt p̄uinciā z domos regias: z vxorē regis abduxerunt filiosq; occiderunt ꝓter ochoziam z ipse tandē chronicā incidit egritudinē: in terna cozruptione viscera effundens: vt quotidie quasi sereuntē videret z mortuus est. et sepultus est in ciuitate dauid. Nō tū vt ait iosephꝰ in sepulchro patrū suoz: sz p̄inatū tumulū sine regalibus exquīs tradiderūt ei. Et regnauit ochozias. vl azarias filius eius pro eo. hunc regem et reliquos vsq; ad oziam ꝓtermittit matthe⁹. Regnauit aūt anno. xij. B
iozam filij achab. Vigintidnorum Mat.
annoz erat ochozias cū regnare cepisset: et vno anno regnauit in hierlm: z ambulauit invijs achab aui sui. Vbijq; cū iozā filio achab auūculo suo ad p̄liandū Z azahel regem syrie in ramoth galaad: et vulneratus est iozā et relicto exercitu in obsidione sub hieu p̄cipe descendit in iezrael vt curaretur: z descendit cū eo azarias.

¶ De hieu rege israel inuncto ꝑ pze heliseī. Capitulum. xiiij.

B Eliseus aūt misit vnū de filijs ꝓphetaꝝ cū lēticula olei ad exercitum in ramoth galaad vt ibi hieu enocatum in partē vngeret in regem sup israel. Qui cū inuenisset hieu sedentem cū principibus ait. Uerbū mihi ad te est o principes: z ait hieu. Ad quē. Qui rñdit. Ad te o p̄ceps. Forte nō cognoscēs hieu hoc quasi p̄sagium in mēte sua posuerat ipm esse hieu: qui p̄mus rñdisset. Cunq; induxisset eum in cubiculū: fudit oleū sup caput eiꝰ et ait: hec dicit dñs. Unxi te in regem sup israel: z penties oēm domū achab in vltiōe sanguinis seruoꝝ meoꝝ de manu iezabel. Quo facto scitissime aufugit ꝓpheta. Cūq; regressus esset hieu ad seruos dñi sui dixerūt. Quid venit insanus iste ad te? Quasi insanos eū reputabant filios ꝓphetaꝝ vel q̄ furgerat scitissime quasi insanꝰ. Et ait hieu. Recte indicastis. Nā verba vesana locutus. est. dicēs. hec dicit dñs. Unxi te in regē sup isral. Festinauerunt itaq; tollere vestes suas z substernere et in sūmitatē tribūalis: z canētes tuba dixerūt. Regnabit hieu. Coniurauit ergo hieu Z iozā z ait. Nullus nuntiet hoc in iezrael: sed oēs ascendam⁹ simul. Cūq; ascēderēt: speculator in iezrahel ait. Uideo globū venientem. Et suspicatus iozā vel captā esse vrbē: vel pzē factā misit nunc tium

Iozā a hieu p̄cutitur. 4.re.9

ciū in occursum eoꝝ. Qui ait. Hec dicit rex. Pacata sunt oia. Et ait hieu. Quid tibi et pacī. q. diceret. Quid ad te. sequere me. Uel forte hunc hieu q̄si ipse regi rñdit. q. diceret. Quid q̄ris de pace: q̄ terrā z pacē turbas. Et adhesit nunti⁹ ei. Misit z iozā secūdū nuntiū: q̄ sil'r nō est reuersus ad eū. Et ascēdēs iozaz rex israel z rex iuda cum eo: egressi sunt in occursuz hieu vsq; i agrū naboth iezraelite. Et ait iozā: est ne pax hieu. Qui rñdit. Que pax adhuc vigēt fornicatiōes matris tue. q. d. Que pax pōt esse iter nos cū ingiter offendamus deū p idolatriaz matris tue. Et fugiens iozam ait ad nepotē suū. Insidie sunt hic ochozia. Tunc percussit hieu iozā inter scapulas: z egressa est sagitta p cor eiꝰ: z corruit mortuus. Et ait hieu ad ducem tertie partis militū. Proijce eū in agruz naboth. Memēto q̄m ego et tu sequebamur achab patrē huius q̄n cōminatus est ei dñs per heliā: q̄ redderet ei in agro naboth p sanguine naboth z p sanguine filioꝝ eius. Tamē supra ō filius naboth nulla facta est mētio: sed quod ibi tacitū est: hic suppletur. Forte canes linxerūt sanguinē iozā iuxta verbū helie. Linxerūt eīm sanguinem achab cū linxerunt sanguinē filij eius. Ochoziā ꝓ fugientē insecutus est hieu z vulnerauit eum in ascēsu gaber. Qui vulneratꝰ fugit in magedo et mortuꝰ est ibi: et tulerunt eum in hierusalē z sepultus est in ciuitate dauid. ¶ Post hec intrauit hieu in iezrahel. Porro iezabel erat in arce turris et depinxit oculos suos stibio: et ornauit caput suū vt pulchrior venēti bus appareret, et per fenestrā ait ad hieu. Nūquid pax esse pōt zāri q̄ interfecit dñm suū. q. diceret. Tu occidisti dñm tuū sicut zār: et eadē pena puniēdus es. Tūc dixit hieu duobus eunuchis q̄ circū stabāt eā. Precipitate eā: et precipitauerunt eā de turre z pcussane

Ochozias a hieu occiditur

Mors iezabel

quā canes comederunt

rūt eā vngule equoꝝ. Cūq; hieu sederet ad mēsaz ait ꝓnis suis. Ite et sepelite maledictā illā: q̄r filia regis est. Cūq; venissent ad eā: non inuenerūt nisi caluariā. i. suprēmā cellulā cerebri: z pedes z summitates manuū. Quo audito ait hieu. F
Sermo dñi est quem locutus est 3.re.21
per heliam.

¶ De. lxx. filijs Achab z eoꝝ morte: z de morte hieu. Capit. xv.

A Erant aūt ē achab. lxx. filij in samaria. Et scripsit hieu ad 4.re.
nutricios eoꝝ: z ad optimates ci- 10.
uitatis dicens. Eligite q̄ē vultis de filijs achab: z p̄stituite regē sup vos. z pugnate p domo dñi vestri. Qui pterriti rescripserūt ei. Serui tui sum⁹: fac q̄ tibi placet. Et scripsit eis scōo. Si mei estis tollite capita filioꝝ dñi vestri z venite ad me cras in iezrahel: et sic factū est. Et attulerūt capita in cophinis ad hieu. Qui mādauit ne itro ducerent ad eū sed iuxta introitū porte ponerent ad duos aceruos vsq; mane. Cūq; mane intuerent capita: dixit hieu ad populū. Justi estis. q. d. Cōparatione istorum q̄ lxx. occiderūt iusti estis q̄ non nisi iozā et iezabel mecum occidistis. Uel potius samaritas q̄ eos occiderant cōmendauit. q. diceret. Juste feastis implēdo ꝙbū dñi: q̄d vt velle literas sequens. Addidit eīm. B
Si ergo interfeci dñm meū: quis 4.re.
pcussit eū z istos. Dñs fecit q̄d lo- 21.
cutus est i manu helie. Tūc pcussit hieu omnes reliquos de domo achab in iezrahel: ꝓceres ei⁹ z ꝓmotos z sacerdotes: z ibat in samariā. In viaꝝ o obuiauit. xlij fratribus ochozie regis iuda q̄ descēdebant ad salutādos iozā z ochoziā nescientes q̄ occisi essent: z occidit eos hieu. Tūc egressus est i occursum hieu ionadab filius rechab: z benedixit ei p vltione dñi quā fecerat. Quē impositū cirrui suo duxit hieu in samariā z pcussit oēs q̄ reliq̄ fuerāt de achab vsq; ad vnū. Cōgregauit ergo hieu

populū samarie ⁊ ait in dolo. Ampliarevolo cultū baal: vocate oēs prophetas eius ⁊ sacerdotes. Qui cūctus defuerit nō vivet. Sacrificiū eīm grāde est mihi baal: ⁊ venerūt oēs serui baal: nec vn⁹ defuit: ⁊ rapta est domus baal. Et ait hieu his q̄ erāt sup vestes. Date vestes oīb⁹ seruis baal. Et dederūt. Cūctus pscrutat⁹ esset hieu diligenter: ne q̄s deesset vel ali⁹ interesset: dix. t militib⁹ suis. Ingredimini ⁊ percutite eos null⁹ evadat. Et percusserūt eos: statuāctus baal cōminuerūt: et destruxerūt tēplū ei⁹: ⁊ fecerunt p eo latrinas. i. subterraneos cuniculos ad mūdanas visus ribis. Et delenit hieu baal ō isrl. Verūtn a vijs ieroboā n recessit: ait eidns. Qt feciſti que in corde meo erāt ꝺ domū achab: filij tui vsq; ad quarta generationē sedebūt sup thronum israel. Et mortu⁹ est hieu et sepultus in samaria cū regnasset: viginti octo ānis: ⁊ regnauit p eo filius ei⁹ ioā vel ioahā vel ioachā.

¶ De athalie ⁊ ioas. Capit. xvj.

4.re.11 Porro athalia videns filium suū mortuū ⁊ volēs regnare interfecit oēm semē regiū i hierusalez erat aūt iosaba sozor ochozie ex pte ⁊ uxor ioiade sūmi sacerdotis q̄ furata est ioas filium ochozie lactentē ne interficeret: ⁊ absconditt eū septē annis in domo dñi. i. in domūculis hebdomadarioꝝ. Anno āt septimo ioiada collegit cēturiones ⁊ p̄cipes lenitarū ⁊ milites ⁊ ostēdit eis secreto filiū regis: ⁊ cōmiserūt oēs p pactū ꝺ athaliā: ⁊ q̄ puerū i sabbato p̄stituerēt regē. Et fecerūt in hunc modū. Viginti quatuor erāt summi sacerdotes: quoꝝ vnus in hebdomada vicis sue habebat secum in ministeriū .xxiij. minores sacerdotes: ⁊ totidē cantores: ⁊ tot dez ianitores. Diluculo vero sabbati pōtifex qui ministraturus erat cū turma sua egrediebat ad ppria: pontifex ꝺo qui ministraturus erat ingrediebat cū turma sua. Tūc aūt ioiada p ampliando exercitu retinuit egressuros: ⁊ recepit ingressuros faciens ex eis duas turmas. Adiūxit quoq; tertiā turmam de centurionib⁹ ⁊ lenitis quos conuocauerat: ⁊ intrās domū dñi ⁊ domū armoꝝ quā q nōdā fecerat david: dedit singulis arma ⁊ p̄cepit egressuris vt circuīrent regē in atrio interiori ⁊ custodirēt. Ingressuris ꝺo dixit vt ascēderēt ad domū regiā ne forte regine egredientes ex ea vnctionē regis impedirēt. Sed hāc turmā diuisit i tres ptes: p̄cipiēs vt vna observaret excubias regis. i. portiens dom⁹ regie. Alia pars observaret portaꝝ seyr p quā ascēdebat de ciuitate i domū regiā. Tertia pars observaret domū messa: que ōr porta scutarioꝝ. id est custodū regis: per quam de domo regia ascendebat in templum. Tertiam vero partē quā collegerat de centurionibus ⁊ lenitis posuit ad custodiā atriorū tēpli ex omni parte. Tunc ipse cū reliquis sacerdotib⁹ ⁊ leuitis ⁊ semoribus p̄duxit filium regis et vnxit eum in regem ⁊ imposuit super eum diadema: ⁊ testimoniū. id est legē dei dedit ei tenendā in manibus vt cū ipso habitu regni disciplina legis dei seruāda committeret. Athalia vero accurrens scidit vestimēta sua clamās. Coniuratio coniuratio. Et eduxerunt eā cēturiones extra septa templi per portam equoꝝ ⁊ interfecta est ibi deduxeruntq; regē p portā scutarioꝝ in palatiū: ⁊ sedit sup thronū regiū. Et letatus est populus terre: qt abstulcratos opprobriū ne regnaret mulier sup eos. ⁊ destruxerunt templū baal ⁊ aras q̄s ⁊ imagines quas fecerat ioiadā ⁊ athaliā. Mathā quoq; sacerdotē baal occiderūt coram altari. Septem annorum erat ioas cū regnare cepisset anno septimo hieu regis israel: et quadraginta annis regnauit in hierusalē: ⁊ fecit rectum coram dño cūctis diebus ioiade sacerdotis.

Athalia occidit.

4.reg. 12.

¶ De

¶ De gazophylatio. cap. xvij.

A 4.re. 12. Erant aūt i domo dñi rime: nō solū p vetustate: ⁊ negligētia: sed etiā quas fecerat athalia: ⁊ de sctificatis parauerat domui baal. Precepit itaq; ioas sacerdotib⁹ vt instaurarent sartatecta dom⁹ recipiētes oblatiōes pretereuntiū: ⁊ q̄ offerebant pro proanime. i. q̄ dabāt ituri ad prelium numerati. Oblatio est pro delicto ⁊ p pctō sacerdotū erat q̄ cū suscepissent sacerdotes vsq; ad. xxiij. annū regis ioas: nō thi instauraverūt sartatecta tēpli. Et trat⁹ rex phibuit sacerdotes vltra accipere pecuniā. Joseph⁹ thi dicit q per omnem regionem sumerēt sacerdotes p capite dimidium sicli. Q̄ videns ioiada populo nō placere cessauit: ⁊ ob hoc nō fuerunt instaurate rime. Tunc ioiada fecit gazophylaciū munitū aperto desuper foramine ⁊ posuit illud ad dexterā ingrediētiū domū nō lōge ab altari. Cūctus appareret pluba regis ⁊ pōtifex effundebāt. eā. domus dñi. Et nō fiebat cū eis ratio: sed in fide tractabāt. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliqō i domo domini nisi de eo qō erat restituendū. Et mortu⁹ est ioiada sacerdos q̄ solus legit post moysen cxxx. annis vixisse: ⁊ sepult⁹ est in ciuitate dauid: eo q̄ filij dauid reparauit ipsum. Eo mortuo ioas a legitimis dei declinauit: cui⁹ exēplo etiam optimates vitiati sunt.

C 2.para li.24.

D mat.23 Qnē cū argueret zacharias filius ioiade fecit eū lapidib⁹ obrui inter tēplū ⁊ altare. Ex tunc vt dicit epiphanius nō accepit ppls i tēplo rēsuz manifeste sicut pus nec exds dñi qs iste fuit.

Additio.

Non moneat te qō legit in euāgelio a sanguine zacharie filij barachie. Forte ioiada binominis fuit. Vel ideoq; barachias interpretat̄ bñdict⁹ dñi qs iste fuit.

Additio.

Dabir em ōr lapis positus in rōnali. Vñ ex dabir. i. ex rōnali p pēdebāt vtrum deū haberent p pitiū vl offēsuz. Vel dabir iterp tat̄ sermo: ⁊ est sensus. Nec p sermonē nec p signa loquebatur illis.

Additio.

Oēs filij zacharie cū eo lapidati sunt p̄ter vnū posthumuz qui postea dictus ē zacharias.

dō: non thi in monumētis regalib⁹ ⁊ regnauit p eo filius ei⁹ amasias.

¶ Incidentia.

Inci dens

¶ Sub ioas duodecimus rex latinoꝝ. Illius aremulus q̄ presidiū albanoꝝ inter mōtes vbi nūc roma est posuit. Qui⁹ filij fuit iulius panno iulij. penes qui cū romulo romam commigrans fundauit tuliam gentem.

¶ De obitu helisei. Ca. xviij.

A 4.re.13 Anno vicesimo tertio ioas regis inde regnauit ioachaz filius hieu super isrl. xvij. annis: ⁊ ambulauit in vijs ieroboam. Et iratus dñs cōtra isrl dedit eos in manus azahel ⁊ in manus benadab filij ei⁹: ⁊ non sunt derelicti ioachaz de pplo. nisi. l. equites: ⁊ decē curr⁹ ⁊ decem milia peditū. Et clamauit ioachaz ad dñm. ⁊ misert⁹ dño dedit ei pacē in diebus ei⁹. Et mortu⁹ est ⁊ sepult⁹ in samaria. Et regnauit ioas filius eius pro eo anno tricesimo septimo ioas regis iuda. ⁊ xvj. ānis regnauit super israel.

Additio.

Et ābulauit in

Ex tūc eque vo vijs

vñs ieroboā nō tñ adeo quātū patres eius. heli seus aūt egrotabat: t descēdit ad eū ioas rex isrl t flens dicebat. Pater mi currus israel t auriga eius. Et ait helise: Affer arcū t sagittas t pone manū tuā super arcū. Quo facto supposuit helise manus suas manibus regis et ait. Aperi fenestram orientalem. t iace sagittā. t iecit. Et ait heliseus. Sagitta dñi est contra syriā t percuties partē syrie q̄ est in affec donec ps̄umas eam: et sublato arcu cū sagittis dixit heli seus ad regē. Percute terrā iaculo. Cūq; pcussisset eā trib⁹ vicib⁹ t stetisset iratus. vir dei ait. Si percussisses vsq; septies: toties pcussisses syriā nunc autē trib⁹ vicib⁹ percuties eā. Et mortuus est heliseus t sepelierūt eū iuxta abdiaz. Porro latrūculi moabite venerāt in terrā eo anno. Quidā aūt sepelientes hominē viderūt latrūculos: t timētes proiecerūt cadaver in sepulchro heliseī. Quod cū tetigisset ossa heliseī: reuixit homo. Josephus tñ dicit latrones proiecisse in heliseī sepulchrū mortuū quē ipsi videbant iterfecisse. Mortuus est aūt azahel rex syrie: et regnauit p eo filius eius benadab. Cū quo dimicauit ioas rex isrl tribus cōgressiōibus. t vicit eū t tulit de manu eius ciuitates quas tulerat azahel de isrl iuxta verbū heliseī.

¶De amasia t Joas. rege israel. Cap. xix.

A 4. reg. 14.

Anno scō ioas regis israel regnauit amasias filius ioas in hierusalē. xxv. annos. erat cū regnare cepisset. t xxix. annis regnauit. Nomen matris eius ioiada de hierusalē. Et fecit rectū cora dño iuxta ea q̄ fecit ioas pater eius: nisi tm̄ hoc q excelsa nō abstulit: subaudiēdū est vterq; eor. Nec enim ioas excelsa abstulit sicut videt litera sonare. Et interfecit seruos q̄ interfecerāt patrē suū: nō tñ filios eor. ppter legē moysi sc̄ā dicit. Nō morient patres p filiis nec filij p patribus. collegit autē exercitum vt amalechitas et idumeos expugnaret: t cōduxit a rege israel cētum milia armator. centū argēti talētis. Et cū esset in procinctu suasit ei ppheta vt dimitteret israelitas: quia idola ferebāt t deus daret ei victoriā. Et adquieuit: licz graviter ferret eo q̄ israelitis mercedes pbuerat. Et pcussit eōs in valle salinarum decē milia t apprehēdit petrā nobilem arabie ciuitatē. Et vocauit eā iezechel: qō sonat auriliuz dei. Josephus tñ dicit vinos quos ceperat eā adduxisse ad excelsam petrā arabie t illos ex ea p̄cipitasse. Idipm quoq; dicit paralipomenō nā fere in oibus cōsonāt iosephus t paralipomenō. Tñ deos quos tulerat de amalech postea adorauit q̄ audiuit eos dantes responsa iō perisse amalech: q̄ negligentes fuerant in cultu eor. pro quo tali pena pcussus est. Elatus est i superbiā scripsit ad ioas regē israel. Serui mihi sicut patres tui seruierūt dauid t salomoni: alioquin veni t videamus nos. quasi diceret pugnemus. Et rescripsit ei ioas in enigmate. Cardnus libani misit ad cedrū dicēs. Da filiam tuā filio meo i vxorē. Et indignātes bestie saltus cōculcauerūt cardnū. Eleuat te cor tuū p victoria. Cur ꝓuocas malū vt cadas tu et iudas tecum. Et nō adquiescente amasia: cōgressi sunt iuxta bethsames: t fugit iudas cora isrl t ligatus est amasias: t cōminabāt ei in mortē rex isrl nisi redderet ei hierusalem. Qua tradita interrupit ioas murū hierl'm a porta effraim q̄ est porta vallis vsq; ad portam anguli

Additio.

Quod hō nescit quātitatez pcti alicui⁹: iō quantū ad examē humanū sufficit vt q̄s pro suo moriat. delicto ꝑm institiā dei forte nec ēt mors filij q̄sq; ꝓ delicto patris.

B Deut. 24.

anguli quadringētis cubitis. Et tulit aurū t argētū t vasa q̄ inuenta sunt i domo dñi t i thesauris regis t obsides t redūt in samariā. Et facta est cōtra amasiā conuratio in hierusalē. At ille fugit in lachis: t miser ut post eū in lachis t interfecerūt eū ibi: et retulerūt illū in hierusalē t sepultus est in ciuitate dauid. Tuliteq; vniuersus populus filiū eius oziam vel azariā ante annos natū. xvj. t constituerunt eum regem.

¶Incidentia.

¶Sub amasia ter tiusdecimus. rex latinor. fuit siluius auētinus t in eo monte qui nūc pars vrbis est moztuus t sepultus eternum loco vocabulum dedit.

¶De ieroboā rege isrl et amos prophetā. Capitulum. xx.

C 4. reg. 14.

Porro mortuus est Joas rex israel t sepult⁹ in samaria t regnauit ieroboā filius eius p eo anno. xv. amasie regis iuda. Et regnauit israel. xl. t vno anno t ambulauit in vijs ieroboam filij nabath qui peccare fecit isrl. Ipse restituit terminos israel ab introitu emath q̄ est anthiochia vsq; ad mare solitudis quod est locut⁹ est p seruū suū ionā ꝓphetā: q̄ erat de geth q̄ est in ophech vel ophir: ad differētiā geth que est in palestina: t est nomē regionis. Quare nō est legēduz ophel. Ophel ei ē nomē turris nebulose q̄ nō lōge erat a tēplo. Hāc vastationē syrie p ieroboā factā nō leuerūt ois quā pdicauit t scripsit dicit iosephus eū pdixisse q̄ postremissimū tps asie perderent ꝑn captum. Qō quidē p ieroboā inchoatū est: sed postea cōsummata est ad medos. Hac felicitate ieroboā elatus fecit malū cōram dño. Et missus est amos thecuites ꝓpheta ō pastorib⁹ vbi pascebat gregē in samariā: vt pdiceret

D 2. para lip. 25.

euersionē domus ieroboam t cālamitatem populi dicens. Hec dicit dñs. Consurgā super domum ieroboā in gladio. Et rursum. Venit filius super populuz meū isrl. Quod cū significasset amasie sacerdos bethel ieroboam regi israel: ex mādato regis prohibuit amos ne vltra ꝓphetaret in regno decem tribuū. Cū aūt amos nollet cessare dicens se nō esse ꝓphetā sed pastorē missum a dño: frequēter affixit cū amasias plagis. Tandē filius suus ozias frequēter eū increpans vectē per tē porta trāsfixit: t seminuus relat⁹ in terrā suā ibi mortu⁹ est t sepultus. Et mortuus est ieroboā et regnauit p eo filius eius zacharias.

A Amos. 8.

¶De azaria reprōso rege. De Ozia &c. Capitulum. xxj.

A 4. reg. 15.

Anno vicesimo septimo ieroboā regis isrl regnauit Ozias i hierusalem duodecim t q̄nquaginta annis. Hieronymus tñ super Osee dicit eum cepisse regnare āno. xij. ieroboā. Et fecit quod placitum erat cora dño: verūtamen excelsa nō abstulit. Qui cum hostes debellasset et amonitas fecisset tributarios sibi reedificauit muros in hierl'm: quos destruxerat ioas rex israel: eratq; ꝑcipue terre cultor. t curaz habebat circa plātatiōes. t semina fructuū diuersor. Cūq; ditat⁹ esset in substātia mortali: contra deum imortalem agere nisus est. Nam in festiuitate propitiationis indutus stola pōtificali intrauit in tēplū: vt incēsum poneret pontifice azaria. cū. lxxx. sacerdotib⁹ eū ꝓhibente. Et facta est terremotus: t claritas solis valde effulsit et incidit i faciē regi t pcussus est lepra in facie. Ante ciuitatē vero scissa est media pars mōtis ad occidētē: t deuoluta est ita vt t vias clauderet t regios hortos opprimeret. Et habitauit seorsum vrbē priuata degēs vita. Joathā ꝓ filius

lius eis gubernabat palatiū: et iudicabat pplm terre. Et mortus ē ozias et sepultus i ciuitate dauid.

Incidēs eet. De tpibus q̄rūdā pphetarum.

Ioseph tñ dicit eū de regib⁹ solū hēe sepulchrū i hortis. Et regnauit p eo filius eius ioathā. ¶Sub ozia rege iuda: et sub ieroboamre ge isrl cepit pphetare esaias: de quo pleni⁹ postea dicē: et ozee de tribu isachar ortus in bethemoth.

Esaias

Sed hic vt ait hieronym⁹ pñntias dedit signū. Veniet dñs i terra sicut quercus q̄ est i silo ꝛc. qđ nō legit̄ in scriptura eius fm editionē nostrā. Forte qđ hieronymus dixit signū: hoc epiphani⁹ dixit pdigiū dicēs. De ozee. Et dedit pdigiū dicēs. Veni in terra dñs: sicut quercus q̄ est in silo cum exsemetipa in duodecim fuerit partita: et facte fuerūt ex ea totidē ḡres. Prophetauit aūt ē decē trib⁹ pauca de duab⁹ loquēs. Et pñtiauit historialiter indeos in vltimo tpe ad xp̄m reditur⁹. Tertiū q̄z die dñice resurrectionis pdixit. Hic in terra sua sepult⁹ placida quiete dormiuit. ¶Sub eisdē q̄z pphetauit

Johel.

iohel de tribu ruben natus in agro hethozō q̄ descripsit terrā duarū tribuū eruco: bruchō: locusta: et rubigine vastandā. Predixit quoq; effusionē sanctispūs super seruos dei et ancillas: qđ factum est in die pentecostes. Hic in bethozon in pace mortuus

abdias

est et sepult⁹. ¶Sub eisdē regib⁹ pphetauit abdias vt q̄dā tradūt sed fm hebreos veri⁹ est qđ ante eos pphauerit: nā mortu⁹ ē añ helisei relicta esū vxor eius p consiliū helisei liberata est a creditoribus oleo superabūdāte. Fuit autē de terra sichem de agro bethamar. Quinquagenari⁹ et ille fuit cui pepercit helias: q̄ relicto obsequio regis: helie discipul⁹ factus est. Cui⁹ sepulchrū vsq; hodie cū mausoleo helisei et Joānis pdtiste in sebaste veneratione habet.

Jonas

Sub ieroboam rege israel pphetauit ionas filius vidue sareptane q̄ post reditū a niniue tpe famis assumpta matre gentium incola factus est. Nā et erubescebat esse in terra sua dicēs. Sic auferetur opprobrium meū: eo q; pphetās cōtra niniven mēdax repert⁹ fuz. Qui trāsacta fame redijt in terrā iuda: et defuncta est mr eius et sepelliūt eā iuxta balneū delboze. Hic pdixit signū euersiōis hierusalez q; cū viderēt la

Additio.

pidem luctuose clamantē pprie fit finis: et cū viderint in hierusalem gētes vniuersas: tunc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euertet. Mortuus est et sepult⁹ in spelūca vni⁹ iudicis israel: cuius sepulchrū mōstrat i vna vibiū geth in viculo quodā iuxta sephoron.

Venus palme ē delboze vl ḡr⁹

¶Sub ozia rege iuda terminata est monarchia assyrioꝝ. Nā sardanapallus vltimus monarch⁹ victus ab arbace medo: semetipz cōcremauit et tūc arbaces monarchiā ad medos trāstulit: spe non duz re hoc esū fecit darius occiso balthasar. Fuerūt ih reges assyrii: si nō monarchi tñ: potētes vsq; ad subuersionē ninive quam pphetauit naum. ¶Incidentia.

¶Eo tpe latinorum quartusdecimus rex filius pr̄oca post quem xv. rex latinoꝝ filius amulius.

¶De zacharia Sellum et Manahen. capitulum.xvij.

B

4. Re. 15.

Anno.xxx. octauo ozie regis iude regnauit zacharias fi⁹ ieroboā sup isrl. vj. mēsibus. Qui fecit malū cōra dño sicut patres ei⁹: et peussit eum pala sellū filius iabes: et regnauit pro eo. Et trāsiatū est regnū israel de domo hieu in gñatiōe quarta iuxta verbū dñi: et regnauit sellū vno mense in samaria. Nā manahen filius gaddi de therſa percussit eum in samaria: et regnauit p eo. Qui p̄cussit therſaz et terminos eius: eo q; concives sui noluerant aperire ei. Anno.xxxix. ozie regis iuda regnauit

Ezechiel ꝓpha de terra ex sare filiꝰ busi de gñe sacerdotū. hic in babylonē ductus est cū ioachim ⁊ mēsci⁹. cū daniele ⁊ tribus pueris Hic habitabat iuxta fluuiū chobar. Factū est aūt in .xxx. ānō: nō solū etatis ipsius: sz a.xlviij. anno iosie qū inuēt⁹ est deuteron. in tēplo in qnto anno trāsmigrationis: in ḡrto mēse: in qnta die mēsis exorsus ē ꝓphare ezechiel ad ꝯcaptiuos ꝓpter cās hmōi. Legerāt in epla Jeremie.p.lxx. annos duraturā captiuitatē: ⁊ flebāt pro exilij plongatione. Preterea murmurabāt aduersus dñz q̄ fraudulēter eos eieciss̄et. Dixerat em̄ per os Jeremie remanētes in hierlm perituros: eis ꝙ qui se traderent ferro suo nabuchodonosor bona pollicebaꝝ. Nūc aūt inptrariū res elapsa erat. Florebāt em̄ q̄ remāserāt: ipsi ingo seruitutis ꝑmebātur. Erāt q̄z inter eos q̄ dicerēt q dū fuierāt militie celi oib⁹ bonis abundabāt: ex quo ꝙ cessauerāt perierāt gladio fame ⁊ peste. Ad hec ꝓphetabat ezechiel euersionē vrbis: ⁊ tēpli incendiū ruinere: et eos q̄ remāserāt in vrbe fame perituros: ⁊ extra vrbē gladio. Eos aūt qui viui traherenꝫ graue passuros seruitutē: ipsos aūt in pace ⁊ quasi libera seruitute māsuros. Ut aūt auctoritatē ꝑberet ei deus: ostēdit ei quasdā visiones: similitudinē. s. hois/leōis ⁊ vituli: ⁊ aquile: nō solum ad ꝑfigurandū euangelistas: sed vt ostenderet deū isrl dñm esse totius creature: ꝑ hec dignioza oēm intelligēs creaturaz. Homo essi pest ceteris alantibus: aquila rex est auiū: leo fera⁊: bos iumēto⁊. Sub a latibus ꝙ vidit rotam in medio rote vt ostēderet circūuolutionē oim elemētorū in dñi esse ptāte: ⁊ sup hec vidit firmamentū colotis saphyrini: ⁊ super firmamētū erat similitudo throni: ⁊ sup thronū similitudo quasi aspectus hois. ¶ Et ait dñs ad eū. C
Fili hois mitto te ad filios israel: Eze.2.
q̄ domus exasperans est: si forte audiāt ⁊ quiescāt ⁊ sciāt: q̄ ꝓpheta fuit in medio eo⁊. Et ecce manus missa ad eū in qua erat liber script⁹ intus ⁊ foris: ⁊ scripta erāt in eo lamētationes ⁊ carmē et ve. ¶ Et ait dñs. Concede volumen A.D.
istud: q̄ ꝺe verba mea i ore tuo. Eze.3.
Et iuit ꝓpheta ad transmigrationem iuxta fluuiū chobar ad aceruum nouarum frugum: ⁊ sedens in medio eorum posuit coram eis laterem: ⁊ descripsit in eo ciuitatē hierusalem et obsidionem aduersus eam et munitiones et aggerē ⁊ castra ⁊ arietes in gyro: ⁊ ante ꝓ fuit sartagine ferreaz oculis suis ne videret eos: ⁊ ait. Sic obfirmauit dñs faciem suam ad hierusalē ne videat eā ꝯobsidebit eā. Signū est domui israel. Et q̄ in hierusalem erant multi de decē tribubus qui ad eos cōfugerūt: etiā de eis C
locutus est dñs ad eū. Fili hois Eze.4
sume tibi frumentuz ⁊ ordeum: et fabam/ ⁊ lentem/ ⁊ milium/ et viciam: ⁊ facies tibi panē de eis sub cinericium in pondere .xx. staterū ⁊ operies illum in oculis eorū ad coquēdū stercore humano. Cumq̄ hec abhorreret ꝓpheta cōcessit ei fimū bouū ꝓ stercore humano: ⁊ dices ad eos. Sic comedēt filij israel panem suum pollutum inter gentes ad quas ejciaz eos. Dixitq̄ iterū dominus ad eū. B
Sume tibi gladium radentem pi Eze.5
los: id est nouaculam: ⁊ duces illū per caput tuuz ⁊ barbam: ⁊ tertiā partem pilorum cōbures igni in medio eorum: ⁊ tertiam partē cōcides gladio in circuitu: ⁊ tertiam partem disperges in ventum. Hec enim dicit dominus ad hierusalē. Tertia pars tui fame morietur: ⁊ pe ste in medio tui: et tertia pars tui gladio cadet i circuitu tuo: tertiā vero partem in omnem ventū dispergam.

¶ De

¶ De eleuatiōe ⁊ visione ezechielis. Capitulum.ij.

A Eze.8.

Factū est aūt in anno sexto. in.vj. mēse: in q̄nta die mensis leuauit spūs ꝓphetā inter celū ⁊ terrā ⁊ adduxit eū in hierusa
C D lē in visione dei. Et vidit ab aq̄lone i introitu porte idolū baal: ⁊ ingressus vidit vniuersa idola domus isrl depicta in circuitu ꝙ totū: ⁊. lxx. viri de senioribus stabāt ⁊ iechonias sacerdos cum eis: et vnusquisq̄ habebat thuribulū in manu sua: ⁊ vapor nebule de thure ꝙsurgebat. Et ingressus ꝙ ostium porte ad aquilonē vidit mulieres plāgētes thamur mortuū. i. adonidē ⁊ laudātes reduinū: ⁊ vidit inter vestibulū ⁊ altare. xxv. viros
Ibidē.
hntes dorsa ad tēplū ⁊ adorantes ad ortum solis. Et dixit dñs ad eū. Vidisti fili hois q̄ facūt: nūquid leue est hoc. Ecce faciaz eis i furore: nec
A Eze.9.
parcet eis oculꝰ meꝰ. ¶ Et ecce sex viri veniebāt hntes vasa interitus in manibus suis: ⁊ erat vir i medio eo⁊ vestitꝰ lineis: ⁊ attramētariū scriptoris ad renes eius. Et dixit dñs ad eū. Trāsi ꝙ mediā ciuitatē ⁊ signa thau sup frōtes viro⁊ gemētiū et dolentiū de abominationibꝰ q̄s isti facūt. Et dixit dñs ex viris. Trāsite ꝙ ciuitatē sequētes eū: ⁊ percutite omnē super quē non videritis thau. Nemini parcet oculus vr et
A a sanctuario meo incipite. Cūq̄ per
Eze.10
trāsirēt: clamauit ꝓpha. Heu heu heu dñe deꝰ q̄ ne dispdes oēs reliquias isrl. ¶ Et dixit dñs ad eum q̄ indutꝰ erat lineis imple manum tuā prunis ⁊ effundes sup ciuitatē
A ⁊ hoc faciēs cōbussit eā. Spūs aūt
Eze.11
dñi leuauit ezechielē ⁊ reduxit eū tanſra. i chaldeā. Et locutꝰ est ad trāsmigrationē q̄cūq̄ ostenderat ei dñs.

¶ De cōmination hierlm. ca.iij. A B

Eze.12

Ecce hec ezechiel in cōspectu eorū ꝙ die cepit trāsportare vasa domꝰ sue: q̄li trāsmigrūs ad aliū locum. Vespere aūt peruidit parietē: ⁊ ꝙ rumpā parietis aspectauerunt cū in humeris serui eius velata facie nihil videret. Et dixerunt ad eū domꝰ isrl. Quid tu facis. Qui videt. Super regem q̄ est in hierlm onus istud est. Parietem ꝙ fodient vt educant eum in caligine noctis egredietꝫ capiet in sagena adducet i babyloneꝫ ⁊ eā nō videbit: ibiq̄ morietꝫ. ¶ Post ea locutꝰ est ad domū israel in enigmate dicēs. Hec dꝳt dñs. Ecce grandis magnarum alarū longo membrorū ductu: plena plumis ⁊ varietate. hoc est nabuchodonosor venit ad libanum. i. ad tēplum ⁊ tulit medullā cedri. i. vasa dñi et summitatem frondium transportauit. i. ioachim: et tulit de semine terre. i. mathaniā: ⁊ posuit illud in terra ⁊ creuit in vineaz. i. fecit eum regē ⁊ accepit ab eo iusturandū. Et facta est aquila altera grandis i. pharao. Et ecce vinea ista extendit palmites suos ad illam vt irrigaret eam. Nunquid prosperabitur qui vidit hec. Et q̄ dissoluit pactum: nunquid effugiet. Uiuo ego dicit dñs: in medio babylōis morietur. ¶ Et factum est verbum dñi A B D
ad ezechielē in anno nono: in mense. x. decima die mensis dicens. Fili hois scribe tibi nomē diei huius Ezech. 24.
in qua cōfirmatus est: ex babylonis aduersus hierusalē hodie. Ecce ego tollam hodie a te desiderabile oculorum tuorum ⁊ ingemisces tacens non plorabis nō plāges luctum mortui facies: nō velabis ora amictu: nec cibos luctū comedes: sed calciamēta tua in pedibus tuis tanꝺ ad cundum.

Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Et mortua est vxor sua vespere ⁊ non planxit: sed erat quasi iturus ⁊ dixerūt ad eū. quid protenderet hoc. Qui rñdit. Hec dicit dñs. Ecce ego polluā sanctuariū meū de siderabile oculorū vestrorū ⁊ pre nimia anxietate nō plangetis: qz quisqz de nece sua sollicitus erit.

¶ Postea cōsolationē gentis sue

2. xxvi. capitus predixit ppheta calamitates cir

Io vsqz cūctantiū nationum que vel inue

ad.36. rant hostes cōtra hierusalem: vel insultauerant captiuis .i. filiozum amon: ⁊ moab edom: philistijm: tyri: et sidonis egypti: ⁊ ethiopie.

¶ De cōsolatiōe hierlm. ca.iiij.

ET factū est in .xij. anno trās migrationis nr̄i. mense. v. die mēsis venit ad ezechielē quidam qui fugerat de hierlm dr̄i. Vastata est ciuitas. In precedēti ih̄ vespere ezechiel p̄dixerat de nuntio futuro. Et audiēs ois trāsmigratio excidiū vrbis ⁊ incēdiū tēpli: leuauerunt vocē suā ⁊ dixerūt. Perijt spes nostra: absciſi sumus. Et exclamauit ezechiel. hec dicit dñs. Cū sanctificat⁹ fuero in vobis tol

eze. 36 lam vos de gētib⁹ ⁊ adducā vos in terrā vestrā: ⁊ effundā sup vos aquā mundā: ⁊ mundabimini ab oibus inquinamētis vestris.

¶ De resurrectiōe mortuoz. c.v.

A eze.37. ET facta est sup me ppheā manus dñi: ⁊ eduxit eū in spū i campū qui plen⁹ erat ossib⁹ siccis veheimenter: et ait ad eum. Fili hois putasnevi uēt ossa ista ⁊ dixit. Dñe tu scis Et dixit. Dic ad ea. Ossa arida hec dicit dominus. Ecce dabo sup vos nervos ⁊ succrescere faciā carnes ⁊ sup extēdā vobis cutem dabo vobis spm̄ et viuetis. Et adhuc eo loquēte fact⁹ est sonus ⁊ cōmotio: ⁊ accesserunt ossa ad ossa vnū quodqz ad iuncturam suā. et ecce sup ea nervi et carnes ⁊ cutis: sed spm̄ nō habebant. Et dixit dñs ad ppheam. Clama ad spm̄ ⁊ dices. Hec dicit dñs. A quatuor vētis veni spūs ⁊ insuffla super interfectos istos ⁊ reviuiscāt. Et sic factū est. ⁊ vixerūt steterunt sup pedes suos exercit⁹ grādis nimis valde. Et dixit dñs. Ossa hec vniuersa domus israel est. ⁊ refituit spūs ppheā in medio trāsmigrationis ⁊ locut⁹ est ad eos q̄ mōstrauerat ei dñs i signū duoz: scz reuocationis eoz a captiuitate et resurrectiōis corpoz in fine. Et tulit ezechiel lignū vnū ⁊ scripsit sup illud lignū iude ⁊ socioz̄ ei⁹. ⁊ sup alterū lignū scripsit: ligni effraiz ⁊ socioz̄ ei⁹: ⁊ cōiūxit ea: et tenuit ea in vna manu sua. ⁊ dixerūt ei. Quid tibi vis i hys. Qui rñdit.

Additio.

Decē trib⁹ dicebant esse regnū effraiz ꝓpter ieroboā q̄ regnauit ꝓm⁹ sup illas ⁊ fuit de tribu effraim.

Hec dicit dñs. Ecce ego cōgregabo regnū iuda ⁊ regnū effraim. et faciā eos in gentē vnā et regnum vnū. ⁊ seruus me⁹ dauid princeps erit eoz in ppetuū. ¶ Et locutus eze.38. ⁊.39. est dñs ad ezechielem. Fili hois vaticinare aduersus gog: ⁊ terrā magog dicēs. Hec dicit dñs. Ecce ego super te gog princeps mosoch ⁊ tubal seducā te: ascendere te faciā de lateribus aquilonis et adducā te super montes israel: ⁊ cades ibi tu ⁊ oia agmina tua ⁊ dicā vo

lucrib⁹ celi ⁊ bestijs terre. Properate ⁊ currite vndiqz ad victimam quam immolo vobis sup montes israel vt comedatis carnes fortiū ⁊ sanguinē principū terre bibatis. Et ossib⁹ corrosis dabo sepulchrū nolatū: ⁊ mittā ignē in terrā magog. ⁊ i his q̄ habitāt i insulis cō fidēter. Hoc fabulātur hebrei futurum post re

Additio.

Nō q̄ sit fabula de gog ⁊ magog imo hystoria. sz

gnum mille annoz: ⁊ q̄ tātus erit exercit⁹ gog et hebrei per septē annos vsum lignoz habebūt: nō de siluis sz de armis: ⁊ colligētur ossa septē annis: ⁊ sepelient in valle q̄ ob hoc dicēt polia drū: quasi multoz̄ virorum sepultura.

qsic abhebreis appellatur.

Additio.

A polis quod ē multū ⁊ andros quod est vir: vel a polisqb̄ ē plaritas: ⁊ dros qb̄ est vir: inde polia drū: quasi virorum multorum sepultura.

¶ Quod facta est manus dñi super ezechielem. Capitulum. vj.

A eze.40 IN vicesimoquinto āno trās migrationis ipse est annus xxriij. regni nabuchodonosor: p̄mo mense. x. die mēsis. xiij. anno postqz percussa est ciuitas in hac ipa die facta est man⁹ dñi sup ezechielē ⁊ addurit eū in spū i terrā israr: sup montē excelsum: ⁊ ostēdit et descriptionē ciuitatis ⁊ templi sup quā ad ſraz nr̄i filiuerūt autores. ¶ Porro ezechiel in chaldea inter cōcaptinos iudicauit transgressores legis: ⁊ p̄cipue quosdā de tribu dan ⁊ gad qz in dñm cōmitterēt impia: legis persequēdo

Epi- custodes. Et fecit vt dicit epipha

phan⁹ nius ℣ eos. pdigiū magnū: qz filij eoz ⁊ vniuersa pecora a serpētib⁹ perierūt: ⁊ p̄dixit q̄ trib⁹ ille non reuerterent a ppria: sz in medie regionib⁹ remanerēt: ꝓpter quod exacerbatim eū distrurerunt cum eds̄ p̄ crepidines saxoz ⁊ excerebraueſt eū ⁊ sepelierūt eū i agro maulim in sepulchro Sem ⁊ arfaxat: in spelūca duplici. In cui⁹ similitudinē abrāā in hebrō sepulchrū

D gen.23 fare ꝓposuit. ¶ Super eo q̄ camerata sit ⁊ auersa ⁊ superficie terre summitas eius aparte vna. verū ex pte alia in petra suspēsa sit sup terram. Iste ppheta pl'o dedit signū i fluuio chobar: vt q̄n deficeret sustinerēt desolationem terre sue: tūc sperarent regressum ad hierlz q̄n inū darct. Ad eū q̄n q̄ puenerat plima multitudo cōcaptinoz ad fluuiū chobar ⁊ chaldei rebellionē veriti irruerūt sup eos. Ipse ℣o p̄cib⁹ suis sistēs aq̄s fluminis sup aquas ambu'ās cū omni multitudine: ad alterā ripā se recepit: ⁊ q̄tquot hostiū ꝑsumpserāt: eos seq̄ summersi sunt: ⁊ p oronē subito largā piscū copiaz pp'o p̄stitit ad vescēdū. Sepe q̄z multis deficientib⁹ vitā restituit.

¶ Finit hystoria Ezechielis prophete.

¶ Incipit hystoria danielis.

¶ De daniele. Cap.i.
Visio prima. ca.ij.
Visio secunda. ca.iij.
Visio tertia. ca.iiij.
Catologus regū babylonis. c.v.
Visio quarta. ca.vj.
Visio.v. dañ. ca.vij.
Visio sexta. ca.viij.
Visio septima. ca.ix.
Visio octaua. ca.x.
Visio nona. ca.xj.
Visio decima. ca.xij.

¶ Incipit hystoria danielis. Capitulum. j.

DAniel prophetauit etiaz in chaldea ⁊ eniel qui ſm Josephū et epi- Prefa- phanium de semine tio. regio inde fuit: ſm lxx. ℣o de tribu leui q̄ i titulo fabule belis ita ponūt: Hō q̄dā erat sacerdos nole da niel filius abdo quina regis babylōis nat⁹ fuit in beteroth superiore. Et fuit adeo castus q̄b̄ a tribulib⁹ suis spado putaretur. Librum ei⁹ trāstulit hier. ad petitionē paule ⁊ eustochij cū magna difficultate.

Additio.

Script⁹ ēm erat hebraicis lris: sz chaldaico ser

Additio.

Scripsūde bele hebrei fabulam dicunt nō quin de veritate constet: sed ipsi daniel hec scripsisse negant.

Additio.

Sicut videmus gallicū scriptū mone:

mone: nec legebatur ab ecclesia secundū .lxx. quia multum a veritate discordabat eox editio: sed sm theodotionē q apō hebreos nec susanne hz historiā nec hymnū triū puerorū: nec belis draconisq fabulaz de quo altius ordiemur: hoc premittētes q alij pphetax tōge ante captiuitatē duox tribuū de ea pphetarūt: vt esaias et osee. Alij ea imminēte: z dū fieret: vt esaias et ezechiel. Alij infra eā: vt daniel z abacuch. Alij post eā: vt aggeus z zacharias. ¶ Factū est autē cū nabuchodonosor dnrisset i babylonē nobiliores pueros iudeox: z quosdā de semie regio pulchriores iter eos z doctiores qui starē possent in palatio regis: vt ait iosephus castranit qō et alijs gētibus q̄s vastauerat feciss dinoscitur. Et tradidit eos ꝓposito eunuchox: z fecit eos erudiri ꝓprie lr̄is pariē et chaldeis. Est aūt chaldea lingua cadē q̄ syra ꝓpinqua hebree z iussit ei ministrari cibos de mēsa sua. Fuerunt autē inter eos quatuor optimi ō filijs iuda: daniel: ananias misahel: z azarias: et mutauit eis rex nomina dicti sūt balthasar: sydrach misach: z abdenago. Balthasar autē erat nomē regij gñis qō ipe suit danieli vt ō epiphanes eo q̄ iaz cogitaret de eius adoptione. Istis q̄tuor ꝓposit⁹ eunuchox ipālē posuit ꝓcuratorē malazar. hi ꝓposuerunt nō cōtaminari cibis gētiliū. Sed cū cogeret eos malazar edere de cibis: ne viderent coram rege ceteris exiliores: direxāt ad eū. Tēta nos obsecro dieb⁹ decē. z da nobis legumina z aquā z post hec ꝓspice vultus nostros z reliquox q̄ vescūtur cibo regio. z sicut videris sic facias nobiscum. Postea malazar tollebat cibaria: z vinū eox z dabat eis legumina. Propter hoc aie eox erāt limpide. nō hebetes ꝓpter multitudinē cibox. ne ꝓfuse ꝓ varietate z corpa eox laborib⁹ aptiora. z subito facti sunt eruditi: q̄z dedit eis dñs sciētiā z disciplinā z ꝑcipue daniel intelligentiam visionum z somniorum. Et exactis tribus annis statuti sunt i ꝓspectu nabuchodonosor: z ō oib⁹ q̄ scisciat⁹ est rex ab eis: inuenit in eis decuplū sup cunctos ariolos z magos q̄ erāt in regno eius. Et fuit daniel i honore in chaldea: et vsq̄ ād darīū z cyrū hic termin⁹ prima danielis pericopa. Sequūtur aūt. ix. vel. x. que visiones danielis dīr eo q̄ in eis vel ipe alid ād viderit, vt visum ab alio explanauerit.

Additio.

Nota q̄z multitudo cibox hebetat. varietas ꝓfundit igemū.

Additio.

Qui regnabāt sup medos z ꝑsas d̄ z deiecēt regnū babylōis.

Additio.

Prima difficultio q̄ nō ōr visio hic ro. cū p. x. dictiones diuisit: nō dico libros.

¶ Prima visio danielis. Ca. ij.

A Dañ. 1

A Dañ. 2

Ostro in anno secundo regni sui vidit nabuchodonosor somnium z cōterrit⁹ est spiritus eius: et effugit ab eo somniū. Nec est itelligēdus scōs annus regni ab origie: sed a ꝓsummatione. Cōsummatū aūt ei⁹ regnū ōr. postq̄ subiugatio sibi natiōib⁹ reliquias israhēdarit ab egypto. Cōuocauit ḡ rex coniectores chaldeox: z dixit ad eos. Vidi sōniū: sz ignoro q̄d viderim. Qui rñdēt syriace. Dicat rex somniū seruis suis z interp̄tationē ei⁹ idicabim⁹. z ait rex. nisi somniū z ei⁹ picturā indicaueritis mihi peribit⁹: z domus vr̄e publicabunt. Et direxūt Dion est homo super terrā q̄ sermonem

Additio.

Hucusq̄ script⁹ est liber hic hebraice. deinde chaldaice vsq̄ ad visionē quā vidit in sōnijs sub balthasar.

monē tuū possit implere exceptis dijs: quox q̄uersatio nō est cū hominib⁹. Tūc ꝓcepit rex in ira magna vt interficerentur oēs sapientes babylōis. Et q̄rebat daniel et socij ei⁹ vt perirēt. Cū cū accepisset daniel: ingressus rogauit regez vt daret ei tps ad solutionē ꝓnā noctē tm̄ vt dicit iosephus. Et ingressus daniel ad domū cū sociis suis orauit deū z p visionē noctis reuelatū est ei mysteriū z bñdicēs deū ingressus est ad regē. Et ait ad eū rex. Poteris ne mihi somniū indicare z interp̄tationē ei⁹. Qui respōdit. Nō pōt hoc hō: sed est de⁹ in celo reuelās mysteria: q̄ indicauit tibi q̄ ventura sunt in nouissimis tēporib⁹. Visiōes capitis tui id est cordis tui he sunt. In corde eīm est sapiētia sm euāgeliū: nō in capite sm philosophum. Tu cogitabas in stratu tuo q̄s post te mūdi teneret ꝓcipatum: z ondit tibi de⁹ regnaturos. Videbas coīā te statuā grādē z terribilē: cuius caput z collū erat ex auro. collum z brachiū de argēto. Uēter z femora ex ere tibie āt ferree pedū q̄dā ps ferrea q̄dā fictilis. Et absciss⁹ est lapis de mōte sine manib⁹: z p cussit statuā i pedib⁹ z cōtriuit eā z redacta est in fauillā: q̄ rapitur vēto: z nō est inuent⁹ loc⁹ ei⁹. Lapis aūt fact⁹ est mōs magnus z implenit vniuersaz terrā. Hūc audi rex interp̄tationē ei⁹. Tu es caput aureū cū his qui succedēt tibi. Et post hoc cōsurget regnū aliud minus te. qō itelligēdū est de regno medox et ꝑsax tanḡ p duo brachia p q̄ deiectū est regnū babylonis. Et regnū tertiū aliud eneū: qō impabit vniuerse terre qō itelligēdū ē de regno grecox qōvocatus. i. notatius fuit ceteris vel pp eloquentiam grecox vel ꝓpter famā alexādri. Et quartum regnū erit ferreū: q̄z sicut ferrū domat oia metalla: sic illō ꝓteret oia hec qō intelligēdū est de impio romanox. Postq̄ vidisti partē pedū

Dañ. 3

testeā: partē ferreā: sicut ferrū nō potest misceri teste: sic erunt in eo ciuiles discordie: et ps solidabit: pars altera cōteretur. Tunc suscitabit de⁹ regnū celi: qō cōminuet vniuersa regna hec: z stabit i eternum. Sup hoc dicit iosephus. Significauit z daniel regi de lapide qō mihi nō placuit iudicare. Hoc autem referunt hebrei ad regnū suum qō expectāt. Tūc rex cecidit in faciē suā z adorauit danielē dicēs. Uere de⁹ vester de⁹ deox est. Et dedit danieli principatū super oēs ꝓuincias babylōis z sup cunctos sapientes. Obtinuit autē daniel a rege vt tres socij eius ꝓincipatum haberent super ꝓuincias ipse vero preesset in babylone: et staret in foribus regis.

¶ Secunda visio danielis. ca. iij.

Dañ. 3

Sequitur secunda visio danielis que ob hoc tātum visio dicitur. q̄ vidit in ea rex in fornace quartum similem filio dei. Postro nabucho. fecit statuam aureā altitudine cubitox. lx. latitudine sex. z statuit eam in campo duram fluminis. s. euphratis: iuxta quem gigantes edificauerunt turrim. Septuaginta dicunt in cā po: peribolō: quod interpretatur conclusum. Nam erecta statua circunsepinit rex campum et conuocauit rex omnes principes regionū ad dedicationē statue et preco clamabat valēter. In hora q̄ audieritis sonitū musicox adorate statuam. Qui non adorauerit: eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Et adorauerūt omnes ꝓter socios danielis. et accusati sunt ad regem. z sub uersa est fornax septuplū z missi sunt vincti cū vestib⁹ i medīū

Additio.

Inde est q̄ cum fiūt ordines ante orationē epistole qua dicit. Deus qui trib⁹ pueris ꝛc. nō ōr flectam⁹ gēua.

Additio.

Ea sez q̄ sequūtur canticū. z q̄ dā aliadispersa ād dē: quia translatio theodotionis fornacis

fornacis. viros aut illos q̄ miserāt eos interfecit flāma ignis. Que sequuntur vsq; tunc obstupuit rex. dixit se hie. nō legisse in to to orbe dispsa erāt veru anteposito ea subiecit ne apō ipitos partē volumis videret detruncasse. porro fornax succesa erat maleolis. i. sarmentis z pice. z stupa z nata qō sm Sallu. historiographum q̄dā genꝰ fomitis est apud persas: sm alios ās sūt olinarum arefacta cuz amurca sm Plī. in terra babylonis fluit ad modūbitruis Et eripuit flamma z incendia q̄ reperit iuxta fornacez de chaldeis. z effusa est sup fornacē cubitis xlix. qō geometrica rō cōphēsum est. Angelꝰ āt de scēdit cū eis in fornacez z excussit flāmā: z indurit quasi ventū rotis flantē. i. refrigerātē eos. Tūc ananias oravit dicēs. Justus es dñe. peccauimꝰ esti: z tradidisti nos i manus hostiū. Sed in ala ptrita z spū humilitatis suscipiamur a te. z sicut i holocaustū pinguium: sic fiat sacrificiū nr̄m hodie in conspectu tuo vt placeat tibi. Tunc illi tres quasi vno ore bene dicebant deum dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorū ꝛc. z hortabantur omnem creaturaz ad benedicendum deū procedentes a superioribus ad inferiores. Ex hoc autem quod predictum est in anima contrita: z spiritu humiliatis: et quod in canticis legitur. Benedicite spiritus et anime iustorum domino. erravenis q̄ vbiq; legebat ea ptinebat ideo timuit hiero. ea non apponere: tū virgula bar ea perveru.

Additio.

Ossa olinaz fructus eaz aridi z amurca. intincti fece olei.

Hebreo: fzqz in toto orbe dispsa erāt veru anteposito ea subiecit ne apō ipitos partē volumis videret detruncasse. porro fornax succesa erat maleolis. i. sarmentis z pice. z stupa z nata qō sm Sallu. historiographum q̄dā genꝰ fomitis est apud persas: sm alios ās sūt olinarum arefacta cuz amurca sm Plī. in terra babylonis fluit ad modūbitruis Et eripuit flamma z incendia q̄ reperit iuxta fornacez de chaldeis. z effusa est sup fornacē cubitis xlix. qō geometrica rō cōphēsum est. Angelꝰ āt de scēdit cū eis in fornacez z excussit flāmā: z indurit quasi ventū rotis flantē. i. refrigerātē eos. Tūc ananias oravit dicēs. Justus es dñe. peccauimꝰ esti: z tradidisti nos i manus hostiū. Sed in ala ptrita z spū humilitatis suscipiamur a te. z sicut i holocaustū pinguium: sic fiat sacrificiū nr̄m hodie in conspectu tuo vt placeat tibi. Tunc illi tres quasi vno ore bene dicebant deum dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorū ꝛc. z hortabantur omnem creaturaz ad benedicendum deū procedentes a superioribus ad inferiores. Ex hoc autem quod predictum est in anima contrita: z spiritu humiliatis: et quod in canticis legitur. Benedicite spiritus et anime iustorum domino. erravenis q̄ vbiq; legebat ea ptinebat ideo timuit hiero. ea non apponere: tū virgula bar ea perveru.

Additio.

Hinc collige q̄ sepe quis orat i fora eccle. Isti ei nō cōmiserāt peccatū p quo traditi fuissent hostibus.

runt quidam dicētes esse in homine preter spiritum sanctum duo distincta. i. spiritum z animā. Hucusq; in hebreo non habetur. Tunc obstupuit rex: z surgens, ppere ait. Nonne tres tīm misimus i ignē. Et ecce video ros ōtuor ambulantes in medio ignis z species ōrti similis est filio dei qō de angelo intelligi potest. Tūc vocauit eos rex z egressi sunt. Et mirabantur oēs q̄ capil' us eorum nō esset adustꝰ: nec etiam sarabalia imutata. Et ait rex. Non est deꝰ aliꝰ q̄ ita possit saluare. Et posuit edictū: vt q̄ blasphemiā loqueretur in deum eoz periret: z domꝰ eiꝰ vastaret. z restituit eis pncipatū, pucia z.

¶ Tertia visio danielis de arbore ꝛc. Capitulum. iiij.

Sequitur tertia visio danielis: quā non scripsit daniel sed est epistola regis quā scripsit vniuerso regno suo postq̄ de bestia restitutus est in hominem et in regnū. In q̄ predicauit mirabilia que fecerat apud eum deus ex celsus forma autem epistole hec ē quaz interserunt daniel operi suo. Ego nabuchodonosor florens et elatꝰ in superbiā: somniū vidi qō perterruit me. z cōvocatis cūctis sapiētibꝰ babylōis solutionē eius nō indicauerūt mihi donec ingressus est collega daniel cui nom̄ balthasar. q̄ hz spiritum deorū sctōz: z dixi ei. Videbā supstra tū meū. z ecce arbor i medio terre cuiꝰ pceritas vsq; ad celū. z aspectus eiꝰ vsq; ad terminos terre. et esca vniuersoz i ea. z sub ea habitabāt alalia z bestie. z i ramis eiꝰ volucres: z ex ea vescebaī oēs carō. z ecce vigil z sctūs de celo descēdit z ait succidite arborē z ramos z fructꝰ eiꝰ z fugiāt er eabestie z volucres. Uerūtū germē eiꝰ i terra finite. z cū ferr̄ ps eiꝰ in herbis terre. Cor eiꝰ ab hūano cōmutet z cor fere det. et septē tpa cōmutēt sup eā. In snia vigilū decretū ē: z petitio sctōz. donec cognoscāt vinētes: qm̄ dñatꝰ excelsꝰ i regno hoim z cui voluerit dabit illō. Tūc daniel tacitꝰ cogitabat q̄ si hora vna pturbatꝰ qz mala por tēdebāt regi: z ait. Tu esrex arbor illa q̄ inualuisti: z ptās tua i fmin̄ terre: z audisti vigilē sniam altissimi sup te. Ab hoibꝰ ejiciēt te: z cū feris erit habitatio tua. Fenum vt bos comedes: septē tpa. i. āni mutabāt sup te donec scias q̄ dñet ex celsus sup regnū hoiz: z reliq̄ tibi germē radicis: qz regnū tuū restituetur tibi. Quāobrē audi cōsiliū meū. Pctā tua elecmosynis redime: forsan ignoscet tibi deꝰ. Factū est aūt post annū deābulabat rex i aula z loq̄bat i spū elationis dicēs. Nōne hec est babylō quā edificaui i robore fgni z i glia decoris mei? Adhuc erat sm̄o i ore eiꝰ vox de celo ruit. Tibi dicit nabuchodonosor. Regnū trāsibit a te: z cū feris habitabis septē tpꝰ donec scies q̄ dñet excelsus in regno hominū. Eadē hora ex hoibus abiectus est: z fenū vt bos comedit donec capilli eiꝰ canescentes in similitudinem aquilarum crescerēt. et vngues eius quasi vngues auiū. Igitur post dies dissimulos a dño ego nabuchodonosor leuani oculos ad celū z sensus meꝰ redditus est mihi: z bñdixi altissimo cui potestas sempiterna z nō est q̄ dicat ei: q̄re sic fecisti. Et reqllerunt me optimates mei z regno meo restitutꝰ suz. z magnificētia āplior redita est mihi. ¶ Ex hīs apparet et epiphanius attestat q̄ nō corpis mutationē sz mētis alicātionē passus ē. z ablatꝰ est vsus lingue ad loq̄ndū herba data ē nature cibꝰ hūane. Et videbat eiq̄ bos crēt in interioribꝰ z i posteriozibꝰ leo: scōm mysteriū tyrānoz. q̄ in pma etate voluptatibꝰ dediti z cernicosi iugo belial subdūt in fine vo interfi cīūt: diripiūt z cōculcāt. Multi q̄z egrediebātur z videbāt enm: solꝰ daniel nō egrediebatur qz toto tē pore alienationis eius orationi p eo vacabat: z ad pces eius anni sp̄ē quos totidē dixit tēpora in septē mēses versi sunt. In q̄bus. xl. diebus insaniā patiebaī z p alios xl. reuersus ad cor homis fiebat: supplicabat deo: adeo q̄ ex nimiis fletibꝰ vt caro oculi eiꝰ facti erāt z iterū per alios. xl. dies verteban tur in insaniā donec. vij. mēses cōplerentur. Post quos revocatus est: non tamē regnauit: sed statuti sunt p eo. vij. iudices: z vsq; ad finē. xij. annoz penitētiā egit panē z carnes nō comedēs: z vinū non bibēs. Leguminibꝰ vtebaī z herbis sm consiliū danielis. Et cū iterū regnasset voluit danielē facere coheredē filioz suoz. Et ait daniel. Absit a me vt patrum relicquens hereditatē incircūcisorū donis inhereā. Hic ōt ioseph⁹ q̄ libros hebraicos ipse in grecū trāstulit eloquium. Et h̄ mutat Daniel ordinem historie. Nos aut ordinē p̄sequamur.

Additio.

Et si daniel ordinem hystorie hic mutauit. Magister tamē ytēs recto ordine enumerat reges babylonis. vt offendat sub quo viderit. iiij. visionem. s. sub Balthasar. v. a nabucho.

Additio.

Philosophi in hoc errabant q̄ spiritū dicebāt esse quodā quo mediāte cōmungāt anima corpori.

Additio.

Theologi autē dicunt duas esse vires anime. superiorē quaz rōnabilitatē: inferiorem quam sensualitatē dicunt. sic forte i sententia nō differunt philosophi z theologi.

Additio.

Vigiles solemꝰ appellaī castrorum custodes vigilantes de nocte: quibus similis erat ille.

Additio.

Ipe esti rex fecerat cū sibi secūdum z quasi collegam suum.

Deꝑsu te elemosyne.

Cōtra superbos.

B Dani. 4.

Nota.

¶ Catalogꝰ regū babylonis. c. v.

ET mortuus est nabuchodonosor magnꝰ regnauit filiꝰ eiꝰ nabuchodonosor p eo q̄ de manibꝰ hostiū tēplū bellis magnifice decorauit ciuitatē reparās: ita vt nequaq̄ obsidētes valerēt fluminū auertere: ꝛ pīnis regalibꝰ maiora superaddidit. ꝛ in diebꝰ. xv. cōsummauit: iuxta q̄ lapides posuit grādes istar mōtiū ꝛ supplātauit arbores ꝛ ortū q̄ suspēsilis dicebat. eo q̄ vxor eiꝰ q̄ i finibꝰ medie nutrita fuerat: regionē suā a lōge videre dīderaret. huiꝰ meminit megastenes in libro iudiciorū: ꝛ asserit eū fortitudine ꝛ actuū magnitudine herculem transcendisse. Sed ꝛ diocles in libro coloniaꝝ dicit q̄ iste nabuchodonosor obsedit tyꝝ trib⁹ annis ꝛ decē mēsib⁹. Eo mortuo regnauit p eo amilinata pgꝰ. hic est euilmorodach q̄. xxxvij. āno trāsmigrationis mēse. xij. xxxvij. die mēsis subleuauit caput ioachim rex iuda de carcere et posuit thronuꝫ eiꝰ sup

Additio.

Tyrꝰ insula tūc tpis fuit. ꝛ volebat eam ptinnare terre. ꝛ post ea alexāder hoc consummauit.

thronum regum qui erant cuꝫ eo in babylone ꝛ comedebat coram rege cunctis diebus vite sue ꝛ hāc fecit cum eo misericordiam: quia pater eius non seruauerat ei fidē. Tradunt tamen quidam q̄ euilmorodach frater minoris nabuchodonosor in diebus electionis paterne multa egit impie in terra ꝛ patre restituto accusatus apud eum missus est in carcerē. vbi ioachim erat vsq̄ ad mortem fratris sui. Cumq̄ regnare cepisset: eleuauit ioachim quē socium habuerat in carcere timens: ne resurgeret

Nota.

pr̄ suus qui de bestia redierat in hominē consuluit ioachim. Ad cuius p̄silū cadauer patris sui effossum diuisit in. ccc. ptes ꝛ dedit eas trecēt⁹ vulturib⁹. Et ait ad eū ioachim. Non resurget pater tuꝰ nisi redeāt vultures i vnū. Hic habuit tres filios egessarium: q̄ ꝛ recusat dictꝰ ē. ꝛ labosardochū. ꝛ nabarch balthasar cognoiatꝰ ē ad quē post regna fratrū regnū deuoluntū est.

¶ Quarta visio danielis. Ca. vij.

SEquit̄ q̄rta visio danielis nō ꝙz ordine libri eiꝰ ꝙz ꝑm historiā i q̄ vidit ꝙz imagines q̄tuor bestiaꝝ. q̄tuor regū. q̄ vidit nabucho. in statua quadriformi ꝙz additum est de āticristo ꝛ die iudicij. Porro anno p̄mo balthasar vidit daniel somniū: cuiꝰ summā scribens ait. Videbā. ꝛ ecce quatuor venti pugnabāt i medio mari. De sunt ā gelice potestates q̄ laborāt p regnis mundi q̄bus p̄sunt. ꝛ quatuor bestie ascēdebāt de mari. p̄ma q̄si leena habebat alas aq̄le. Et auulse sunt ale eius et sublata est de terra ꝛ sup pedes quasi homo stetit ꝛ cor eiꝰ datuꝫ est ei. hoc est regnum assyrioꝝ quod cōparatur leene propter violētiam ꝛ libidinis impatiētiam. qz leena semp in coitū gestit. Alas aquile habuit propter longeuitatem. Nam in secunda etate inchoans sub saruch p̄oauo abrae: ꝛ descendit vsq̄ ad quintā sub balthasar. Q̄s aūt ale auulse sunt ꝛ stetit vt homo ꝛ cor ei datum est: ad deiectionē nabucho. respicit ꝛ restitutionem. Secunda bestia similis vrso in parte ꝛ tres ordines dētium erāt in ore eius ꝛ in dentibus eius principes tres ꝛ dicebat ei. Surge comede carnes plurimas hoc est regnum persarū quod cōparatur vrso propter patientiam laboris et victus parcitatem. Nā pro pulmēto sale vtebantur ꝛ cardamomo: sed similis fuit vrso in parte: non ex toto. qz in populum de nihil crudeliter egit vnde in zacharia dicūtur eē albi. Tres ordines dētium habuit: id est tria regna in principio sui medoꝝ. p̄sarū. ꝛ caldeo

Additio.

Ubi quatuor colorum equos: gitur vidisse albos nigros: rufos: varios.

rum

rum vel tres principes habuit super centū viginti satrapas. Q̄s dicebāt ei: cōede carnes plurimas hoc referē ad assueꝝ: cui tirritamā vt occideret iudeos: tertia bestia quasi pardus: ꝛ habebat alas auis: ꝛ quatuor capita erāt in ea: ꝛ potestas data est ei: hoc est regnū grecoꝝ q̄b⁹ cōparat̄ pardo q̄ saltu ruit in mortē ꝓpter impetū alexādri. Et varij colores: diuersa sub eo regna significāt. Ē. ij. habuit. quia nihil velocius victoria alexādri. Quatuor capita eius quatuor sunt alexādri successores. Nec hāc potestatē habuit a se alexāder: ꝙz fuit ꝑga furoris domini i filios pestilētes. Quarta bestia terribilis ꝛ fortis: dētes ferreos habēs: comedens ꝛ reliq̄ pedibus cōculcās hoc est regnū Romanoꝝ: q̄b⁹ nulli bestie cōparauit daniel: vt q̄cq̄d feroci⁹ in bestijs cogitamus: intelligam⁹ in Romanis. Hebre⁹ tñ dicit simile suis se apro. ꝑm illud psalmiste. Vastauit eā aper de silua ꝛ singularis ferus depast⁹ est eā. hoc regnū ceteras cōculcauit. Q̄s sequit̄: ꝛ habebat cornua decē: respicit ad finez mūdi: qz tūc regnū Romanū diuidet in decē regna: q̄b⁹ significatū est ꝓ decē soles in vaticinio sibylle ꝛ ecce cornu aliud parui ortuꝫ est de medio eorum. Hic est antichristus de tribu dan ignobilis i obscuro loco babylōie nasciturꝰ. Ex femininis quidē parentū cōcipietur: sed post cōceptū spiritꝰ malignus descendet in uterū matris cuiꝰ virtute deceps puer alet̄/nascet̄/adolescet. Unde filiꝰ perditionis dicit̄. Et tria de cornibus p̄mis auulsa sunt a facie eiꝰ id est tres reges de decē priꝰ interficiet: regē. s. aphrice egypti ꝛ ethiopie. Tūc alij septez victori colla

summittēt. Et ecce quasi oculi hominis erant in eo. i. alta ꝛ mirabilis sciētia: qz magice miracula faciet: ꝛ inueniet thesauros absc̄ōditos. Et erit ei os loquēs ingētia: qz deū se dicet: ꝛ cui ūcedet se: dicet se messiā esse: cōstituēt ad eū iudei: reedificabit tēplū: ꝛ solū suū ponet in eo cōuertet ad se homines terrore: muneribꝰ: miraculis. heliā ꝛ enoch interficiet. Aspiciebaꝝ hec: id est potestatē huius donec throni positi sunt de q̄bꝰ in euāgelio. Sedebitis sup thronos: ꝛ anti quꝰ dieꝝ sedit. i. deꝰ eternꝰ index ꝙ apud ioēnez solus in throno sedet. Uestimētū eius quasi nix candidū ꝛ capilli eius quasi lana mūda gloriam maiestatis eiꝰ significāt. Thronꝰ eius flāma ignis. Rote eius ignis accēsus. Hoc est q̄d alibi dicitur in p̄s. Ignis ante ipsum p̄cedet. Fluuius igneus ꝛ rapidus egrediebatur a facie eiꝰ q̄d celeritatē iudicij notat: quā dicit apostolus in momēto: i ictu oculi futuram. Milia milium ministrabāt ei: i. culeatio est nā decies. c. milia: idem est q̄d milia miliū hoc ad exercitꝰ angelicoꝝ referē. Iudicium sedit: ꝛ libri aperti sunt. i. iudicibus sedētibus cōscientie singulorum patebūt. Et vidi q̄ interfecta esset bestia quarta: aliarūq̄ ablata esset potestas: qz tūc cessabit oīs prelatio: cū tradet christꝰ regnum deo patri. Et ecce cū nubibus celi quasi filius hois veniebat: qz xp̄s nubibus nubibus ascendet in aera ꝑm illud. Ita veniet quēadmodū vidistis eū euntem in celū: ꝛ vsq̄ ad antiquū dierū puenit: qz christus ꝓ oia equalis est patri: et dedit ei potestatē: ꝛ honorē ꝛ regnū sempiternū. Cūq̄ vidisset hec daniel accessit ad vnū de assistētib⁹. ꝛ querebat veritatē. Qui exposuit ei singula: hec addēs de antixp̄o. Sctōs altissimi cōteret: et tradentur in manu eius vsq̄ ad ips ꝛ tēpora ꝛ dimidiū tēporis. i. vsq̄ ad

 eorum

Universidad de Deusto Biblioteca

annū ⁊ duos annos ⁊ dimidiū an
m. Hebre⁹ enim nocie tpis signifi-
cat annuz ⁊ p numerū pluralem
duos annos. Hebre⁹ esn hz dualē
numerū sicut ⁊ grecus. Breue erit
tēpus hoc: sz nisi abbreuiati essent
illi non salua fieret omnis caro.

¶ Visio quinta danielis. Ca. vij.

A Dan. 8 Sequitur quinta visio danie
lis hebraice scripta in eo p̄
cedētes vero chaldaice. Anno ter
tio balthasar ego daniel eram in
elam regione in susis que est me
tropolis elamitarum: q̄ in iudith
vocatur: ecbbatanis. In qua vt
iosephus dicit fecit daniel mau-
soleum regum. Et vidi in visione
me esse sup portā vlai. Et est vlai
nomē porte: vl lacus ante portā.
Et ecce aries vn⁹ stabat añ palu-
dez habens cornua excelsa: ⁊ vnū
excelsius altero atq; succrescens.
Hic est cyrus potētior dario ⁊ vē
tilabat cornibus cōtra occidentē
aquilonē et meridiē: ⁊ omnes be-
stie nō poterāt resistere ei. Hoc ad
ipsum regnū referturnō ad psonā: ⁊ ecce hircus veniebat ab occi
dente: ⁊ non tangebat terrā. Hic
est alexāder quasi volās: p̄ inuia
quoq; gradiens vt hircus: vt ab
hircis oculorū quos diuersi colo
ris habuit. Et venit ad arietem
quē viderā ⁊ efferat⁹ est i eū: ⁊ pcus
sit arietē ⁊ cōminuit duo cornua
eius q̄ Darīū arsami filiū pcussit
⁊ medos ⁊ persas ⁊ sibi subiecit ⁊
orta sūt ei quatuor cornua. i. qua
tuor successores: de quibus suo lo
co dicem⁹. De vno ex eis egressuz
est cornu modicū: ⁊ factū est grā-
de. Hic est Antioch⁹ epiphanes
descēdēs a seleuco. Qui duz esset
obses Rome: euasit i regnū ⁊ ma
gnificat⁹ est cōtra meridiē. i. ⁊tra
egyptios: ⁊ cōtra orientē. i. eos qui
in oriente res nouas moliebant.
⁊ contra fortitudinē celi. i. filios
Israel. Et deiecit de stellis: ⁊ cōcul
cauit eas ⁊ vsq; ad principē forti
tudinis. i. deū magnificat⁹ ē. ⁊ ab
eo tulit iuge sacrificiuz: ⁊ deiecit
locuz sanctificationis eius: quia
i rēplo statuā ponit. Et au
diui vnum de sanctis loquētē ad
alterum ⁊ dicentē. Usq; quo inge
sacrificiū ⁊ sanctuarū ⁊ fortitudo
conculcabitur. Qui respōdit. Usq; Al. duo
ad vesperaz ⁊ mane dies mille milia.
ccc. ⁊ mundabitur sanctuarū: q̄
primo ingressu Anthiochi i hieru
salem vsq; ad mundationem tem
pli factā a iuda machabeo p̄ suc
cessiones diei ⁊ noctis fluxerūt ser
anni: mēses tres ⁊ dies vigiti. Cū
q; q̄reret daniel intelligētiā som
nij: gabriel venit ad eum ⁊ indica
uit ei. Et p hmōi visiones sancto
rū (vt ait iosephus) deprehēditur
error epicureoz qui hunc mūdū
sine rectore: ⁊ sine dei prouidētia
casu: ferri cōfirmāt: quasi mūdus si
ne p̄sule esset olim deperisset sicut
nauis desolata rectore nec fm p̄
phetias omnia prouenirent.

¶ Visio sexta. Capitulum. viij.

Sequitur sexta vio danielis
q̄ q̄rta est in daniele. sed hic
ro. sextam eā vocat in prolo
go abacuch: ⁊ hec chaldaice scpta
est. Factuz est vt cyrus et darius
obsiderent balthasar in babylo-
ne. ¶ Balthasar vero fecit gran- B
de conuiuium optimatibus suis Dan. 5
mille: ⁊ fecit vt afferrent̄ vasa que
asportauerat nabuchodo. an⁹ su⁹
de templo dñi: ⁊ bibebant in eis
rex ⁊ optimates ⁊ vxores ⁊ pcubi
ne ei⁹ ⁊ laudabāt deos suos. Se-
cundū iosephuz solēnitas erat in
babylone instituta ob tuitionē vr
bis. Fabulantur hebrei q̄ baltha
sar itellexerat. lxx. annos captiui
tatis: quos p̄di
xerat hieremi-
as fluxisse et fm
hebrei nō erāt
liberati a iuris-
dictione sua. Un̄
exultabat ⁊ dijs
suis grās age-
bat. Sane illa
annorū septua-
gena nondū flu-

Additio.

Uel ideo. q̄ pu
tabat hostes re
cessisse: cum illi
ad diuidendū
fluuiū abissent:
vt iuxta civita-
tem vadabilē fa
cerēt. Uel q̄ cō
federati ei dari⁹

xerat sz septima
decas iaz decur
rebat. In eadez
hora apparuit
contra eū man⁹
scribēs i pariete. Cūq; rex vidisset
⁊ manum ⁊ scripturam incertū est
vtrū astantes vidissent manū: scri
ptura quidē viderunt. Postq; ma-
nus euanuit cōturbat⁹ est rex. ⁊ ge
nua ei⁹ ad semuicē collidebāt.
⁊ exclamauit fortiter vt introduce
rētur magi chaldeozum. Et ait ad
eos. Qui legerit scripturā hanc et
interpretationē ei⁹ dixerit purpu-
ra vestietur. torquē aureū habebit
in collo: ⁊ tert⁹ erit in regno meo.
id est vn⁹ erit triū principū q̄ p̄sūt
satrapis. Illi aūt nō potuerūt scri
pturaz legere. ¶ Et ingressa est re
gina: non vxor fm porphyrium. sz
auia scōm iosephum. Uel mater
fm origenē. Et ait ad regē. Est vir
in regno tuo qui spiritum deorum
habet quē pater tuus. i. auus prin
cipez magoz constituit. Hic vocet
⁊ omnia dicet tibi. Cūq; intrasset
daniel pmisit ei rex munera q̄ ⁊ su
pra. Qui rñdit. Munera tua sint ti
bi vel alteri da. Scripturā autē le
gā tibi rex ⁊ exponā. Nosti q̄ de⁹
excelsus dederat regnuz p̄ri tuo ⁊
nō cognouit: ppterea fenū. vt bos
comedit donec cognosceret. Tu q̄
q; cum scires hec omnia aduersus
deū celi eleuat⁹ es ⁊ vasa eius pro
phanasti tradēs ea manib⁹ immū
dis. ⁊ bibēs in eis deos laudastiq̄
nec viuūt: nec sentiūt deū vero qui
flatū tuū in manu sua hz nō gloxi-
ficasti. ppterea ista coram te exara
ta sunt. Mane tethel. phares. q̄
sonat numer⁹ appēsio diuisio. Et
est sensus. Numerauit de⁹ regnuz
tuū. i. cōpleuit illud. ⁊ est dictū p̄ si
mile pecunie q̄ numerata tollit et
abscondit. Appēsus es in statera.
et inuētus es minus habēs id est
iusto dei iudicio minus vines q̄ pu
tabas. Diuisum est regnum tuū. ⁊
datū est medis ⁊ pſis. vel fractum
est regnū tuū. Nā phares fragmē

Expositio scripture ad parietez.

Additio.

Nec tamen fuit
daniel simonia-
cus: q̄ spōte ob
lata suscepit.

tum significat.
Et tradidit rex
munera danieli
que promiserat.
Eadem nocte ca
pta est babylon
Nam cyrus diuiserat euphratē lō
ge a ciuitate per plures riuos vt al
ueum qui influebat in ciuitatē va-
dabilē faceret ⁊ per ipsum ingres-
si sunt hostes in ciuitatem sub mu
ro: ⁊ interfect⁹ est balthasar: ⁊ suc
cessit ei darius in regnum: annos
natus. lxx. duos: vbi alij libri ha-
bēt. lxij. alij. xlij. Nā cyrus ei tanq̄
maiori honorē in oib⁹ deferebat.
Qō aūt eadē nocte visionis capta
sit ciuitas: apet i Isaia: q̄ loquens
ad balthasar ait. Pone mensam ⁊
cōtēplare in specula comedētes ⁊ B
bibētes surgite principes arripite Isa. 21
clypeos. Quidā tradunt q̄ mater
balthasar p̄ qua fact⁹ est horrtus
suspēsibilis filia fuit darij: et quia
balthasar filiū nō habebat: dari⁹
festinabat occupare regnum.

¶ Visio septima. Cap. ix.

Equit septia visio danielis. A
Postro darius sumēs danie Da. 6.
lē duxit eū secū in mediam.
Et fecerat eū vnū de trib⁹ satrapz
q̄ preerāt. c. ⁊. xx. sed i daniele spi-
ritus dei ap̄lior erat. Et cogitabat
rex cōstituere eū sup oē regnū. Un̄
principes inuidebāt ei ⁊ q̄rebant
occasionē accusandi eum ex latere
regis: id est p̄ eo q̄ erat ex latere
regis. Fabulant̄ hebrei q̄ q̄rebāt
occasionē in sermone tactu nutu:
vel internuntio ad reginaz vel ad
aliquā cōcubinarū regis: nullāq;
causam reperire potuerūt eo q̄ fi-
delis erat ⁊ sup thesauros erat di-
cit ioseph⁹: q̄ a deo iustus erat vt
munera oblata respueret. Et dixe
rūt principes. Nō inueniem⁹ occa
sionem aduersus eum nisi in lege
dei sui ⁊ surripuerūt regi dicētes.
Consilium inierunt cuncti princi-
pes regni tui ⁊ satrape et iudices
q̄ quicunq; petierit aliquid a quo
cūq; deo vel homine vsq; ad dies.

xxx. nisi a te rex mittatur in lacum leonum. Nunc itaq; confirma sententiam & scribe decretū & adquiescat rex. Porro daniel ingressus est domum suā & fenestris apertis in cenaculo suo cōtra hierusalē trib⁹ tēpor⁹ p⁹ die flectēs genua orabat. Trib⁹ horis orabant iudei in die: scz hora tertia sexta & nona sicut legit de apostolo q⁹ trib⁹ vicib⁹ orabat in die & de petro & ioāne q⁹ ascēdebat ad horaz orationis nonā. In tertia orabāt q⁹ tūc eis datus est decalog⁹ in syna. In eadez

A Bctuū. 5.

orat eccl'a q⁹ tūc est dat⁹ spiritus sanctus super apostolos. In sexta orabāt q⁹ tunc erectus est serpens eneus in deserto. In eadē orat ecclesia q⁹ tūc est christ⁹ suspēsus in ligno. In nona orabāt q⁹ tunc dedit petra aquā in cades. In eadē orat eccl'a q⁹ tūc de christo lancea toz: exiuit sanguis & aqua. ¶ Cūq; inuenissent viri illi danielē orātez accusauerūt eū ad regē ō trāsgressiōe decreti. Et cōtristatus rex posuit cor vt liberaret eum laborans vsq; ad occasum solis. Qō intelligētes viri dixerūt. Scito q⁹ lex huius regni est vt decretum regis nō liceat immutari. Tūc miserūt danielem i lacū leonuz & obsignauit rex anulo suo & ānulis optimatū lapidē q⁹ p⁹ manus posit⁹ erat. Et incessanter rex totā noctē duxit ifomnē & diluculo redūt rex ad lacū: & flens exclamauit daniel serue dei valuit ne de⁹ tuus liberare te a leonib⁹. Qui rādit. De⁹ me⁹ misit michi angelū suū & clausit oraz leonū: q⁹ nō est mucta in me iniq̄tas. Forte q⁹ vidit angelū vocat hec pericopa: id est visio. Et educt⁹ est daniel de lacu leonum: nullo lesus. Et dixerunt qui accusabant eū: non dei prouidētia hoc factuz sed q⁹ saturati erāt leones. Tūc rex iussit leonib⁹ multas carnes apponi: et sz satiatis accusatores danielis misit in lacū cū vxoribus & filijs & non peruenerunt vsq; ad pauimentuz donec arriperēt eos leones: et ossa eoz cōminuerēt. Tūc scripsit dari⁹ vniuerso regno suo dicens. Pauēāt oēs deū danielis ipse est enī de⁹ viuēs & eternus in secula & egrotauit daniel p dies plurimos. Cuq; surrexisset faciebat opera regis forte mausoleū in echbatanis qō hactenus manet vt dicit ioseph⁹ ita mirabile: vt ea die qua cōspicitur putet esse cōstructū. Ibi sepeliunt medoz̄ reges: & persaz pariter & parthoz̄: et cui cura illius cōmittitur sacerdos est medoruz.

¶ Visio octaua. Cap. x.

B Da.

Sequitur octaua visio danielis. In anno primo darij filij assueri: q̄ & astrages dictus est: q̄ subiugauit sibi regnum chaldeoz: ego daniel intellexi in libris hieremie vt cōplerent. i. ad cōpletionē appropiquaret desolatiōis hierusalē anni. lxx. & oraui dominum in ieiunijs et sacco & cinere dicēs. Iust⁹ es dñe peccauim⁹ iniq̄tatem fecim⁹ & adduxisti eam sup nos: auertat obsecro ira tua a ciuitate tua hierusalē & a mōte sc̄to tuo. Oste de facie tuā sup sanctuariū tuū qō desertū est. Exaudi dñe placare dñe attende & fac ne moteris. Adhuc me loquēte: ecce vir gabriel tetigit me in tēpore sacrificij vespertini: & ait. Ab exordio precū tuarum egressa est liberatiōis sententia a deo. Ego autem veni vt indicarem tibi eam & etiam quedam alia q⁹ v. r desideriorum es tu. Tu ergo animaduerte visionem: & sermonem intellige. Tūc aperuit ei liberationem spiritualem futuraz per christum. Forsan imminentez proqua orabat differt. quia post dicet de ea exauditum sibi. noli metuere. Addidit etiam de destructiōe per romanos septuaginta hebdomades abbreuiate sunt sup populuz tuum: & super vrbem tuam sanctā vt consumetur prevaricatio & finē accipiat peccatuz & deleat iniquitas: & adducatur iustitia sempiterna & impleatur visio & prophetie & vngatur sctūsanctoz. Scito ergo & animaduerte ab exitu p̄monis vt iterum edificet hierlm. vsq; ad xp̄m ducem hebdomades. vij. & hebdomades. lxij. erūt. Hic vbis xp̄i incarnatione designat angelus q̄ legē pphetias implenit. petā tulit & iustitiā adduxit. & vncij est oleo letitie pr̄ socijs suis. Et propositi hebdomadas nō diez̄ sz annoz̄ vt septē anni sint hebdomada vna. Abreuiatas vo dixit. vt intelligamus annos lunares q̄ breuiores sunt solaribus. xj. dieb⁹. Septuaginta ḡ hebdomades annoz̄ solariū. faciūt annos. cccclxxv. lunarium vero annoz̄ faciūt annos ccc. xc. Est ergo sensus. q⁹ ab exitu sermonis vt reedificet hierlm vsq; ad ducē xp̄m fluxerūt anni lunares. cccxc. Cepit ḡ beda numerare a. xx anno regni artaxersis. i quo neemias pincerna eius impetrauit ab eo vt restituerētur muri hierlm. & restituit eos i multa angustia. Ab illa inquā licētia a rege acceptaq; vsq; ad xp̄i passionē fluxerūt anni lunares. cccxc. et hanc summā annoz̄ cōputat p̄m ānos regū qui desciderūt vsq; ad. xviij. annum imperij tyberij cesaris. Et statim modicū interserit daniel et reedificabit platea & muri i angustia temporū. Beda. De lxx. vo hebdomadibus annoz̄ se parauit daniel victima dicēs. Cōfirmabit aūt pactū multis hebdomada vna. Qō intelligendū est de tribus annis & dimidio. quib⁹ p̄dicauit xp̄s & qō patrib⁹ p̄miserat cōfirmauit. Nā iam tres anni & dimidi⁹ huius hebdomadis nouissime p̄terierāt. qñ batizatus est dominus & in dimidio eiusdē hebdomadis residuo circa finē. deficiet hostia & sacrificiū. i. veniēte veritate cessabūt vmbre: & in tēpio erit abominatio desolationis. i. abominanda & desolāda erūt sacrificia post mortē xp̄i & vsq; ad finē mūdi durabit hec desolatio. Supra vo i litera posuit daniel xp̄s mortē xp̄i dicēs & post hebdomades. lxxij. sub

Additio.

In hebreo non habet pp̄is qui eū negatur⁹ est quoz̄ petiā litera sane non pōt legi. Occidet xp̄s & nō erit ei⁹ hoc. sz occidi. sz ex natura nostra.

C Zoā. 1. D Zoa. 7.

hebdomades non pertinet. Sed pp̄hetato tpe aduēt⁹ xp̄i & mortis pp̄hauit q̄dv̄eturū erat pp̄lo: dño luit eū recipere dicens. Et dissipabit ciuitatem et sanctuarium populus. s. romanus cū duce suo vēturo et finis eius erit vastitas. et post finem belli statuta a deo in eternum desolatio. Et nota q⁹ ex duobus q̄ hic leguntur. i. vngetur sanctus sanctorū. et deficiet hostia sumitur illud q̄ solet dici indeis. Cū venerit sanctussanctoz̄ cessabit vnctio vra. ¶ Affricanus huic enumeratiōi be

Affricanus tē pozum teri prot.

Additio.

de p̄sonat in p̄n cipio: sed in fine differt. Non cñ ertēdit. lxx. hebdomades nisi

Cuz hec forma verborum in daniele non reperiatur.

vsq; ad. xv. annū tyberij in q̄ baptizatus est xp̄s. Tertullianus vero tchoat numerare hebdomadas illas a p̄mo anno darij i quo egressus est sermo a dño ad danielem per angelū: vt iterū reedificarentur muri hierlm. Et extendit eas vsq; ad captiuitatē factā per romanos. Et tūc pertinet ad. lxx. hebdomades quod dictū est. q⁹ ciuitatē sanctuariū dissipauit populus cū duce venturo. Hebrei sic exponūt. lxx. hebdomades abbreuiate sūt sup populū tuū. q. d. O daniel scito ab hac die qua nūc tibi loquor. Erat aūt ān⁹ p̄mus darij q̄ occidit balthasar. & regnū chaldeoz̄ in p̄sas medosq; transtulit: vsq; ad septuagesimū annū hebdomadaz̄

Tertullianus.

Hebrei

v iij

domadaꝝ.i.vsq; ad ānos.cccxc. Hec pplo tuo p ptes accidēt. Primū ppiabiť tibi deꝰ sicut pcaris ꝛ delebiť pctm ꝛ finē accipiet pua ricatio. Nūc ei vbe ꝛ tēplo destructionis:in luctu est ppls sz in breui restaurabiť ꝛ nō solū in his.lxx.hebdomadibꝰ hec fiēt sz nascet xps in stitia sempiterna:et signabiť visio ꝛ pphetes:vt ppha nō inueniať in isrl. ꝛ vngať sctūssetōꝝ de quo dr in ps. Propterea vnxit te deꝰ tuus D ps.44 oleo letitie pre psortib⁹ tuis:q dicit. Sancti estote:qm ꝛ ego sanctꝰ B leui.20 sum. Scito g qm ab hac die q nūc tibi loquor:ꝛ dei sermonē ꝓmitto q reuertať ppls: ꝛ hierlm inhabitaret. Usq; ad xpm ꝛ desolationē tēpli hebdomades numerenť.lxij.ꝛ alie.vij.in quibꝰ iuxta ordinē suū due res fiēt:de quibꝰ añ dixi:q reuertať ppls ꝛ reedificeť platea ꝛ neemia ꝛ esdra. In fine g hebdomadaꝝ cōplebiť dei snia in angustia tēporꝝ qñ rursus destrnet tēplū ꝛ capiet ciuitas. Nā post.lxij. hebdomadas occidetur xps:ꝛ nō erit eiꝰ ppls q negaturꝰ est eū:siue vt qdā hebrei dicūt:nō erit eiꝰ ipe rius qō putabat Additio. se receptuꝝ. Et qd dico de xpo occidēdo:negaturo ppl'o penitus deserēdo cuꝝ ꝛ ciuitatē ꝛ sanctuariū dissipaturꝰ sit ppls romanus cū duce vēturo.i.vespasiano. Quo mortuo trāsactis septē hebdomadibꝰ.i. annis.xlix. heliseus adrianus a quo postea de ruinis hierlm vbs helia ꝓdita est:rebellātes iudeos rufo magro exercitꝰ pugnāte supauit:ꝛ tūc defecit hostia ꝛ sacrificiū ꝛ vsq; ad ꝓsummationē mūdi cōtinuabiť desolatio. Nō vos moueat inquiūt hebrei si pziꝰ numerauť.vij. hebdomades ꝛ postea.lxij.ꝛ rursus i duas partes diuidať vna. Est esn hoc idioma hebrei sermonis ꝛ antiq latinitatis:vt añ numeꝝ minorē supponant:post maiorē,ꝑbigka. Nos iuxta ꝓphetatē lingue nre dicimꝰ virit abraā.c.lxxv.annis:illi econtrario:virit abraā. v.lxx.c.annis. Nō igiť vt legiť ita adimpleť:sed vt totū pariter supputať ita finez accepit. Nec ignorādū quosdā illoꝝ dixisse:q vna hebdomada de qua dr:ꝓfirmabit pactū multis;hebdomada vna dimidať in vespasianū ꝛ adrianū vt iuxta historiā iosephi vespasianꝰ ꝛ titus triꝰ annis ꝛ.vj.mensibꝰ pacē cū indeis fecerūt:tres aūt anni ꝛ sex mēses sub adriano cōputenť qñ hierlz oino subuersa est:ꝛ indei caternatim cesserūta vt iudee q̄z finibꝰ ꝓpelleréť. Hic aiūt hebrei non magnope curātes a ꝑmo anno darij regis persaꝝ vsq; ad extremā euersionē hierusalē:q sub adriano accidit cōputari olympiades.clxxij.hoc est annos.dcxcv.j. qui faciūt hebdomadas hebraicas.xcix.et ānos tres: qñ corbas duꝝ hebreoꝝ est oppsus:ꝛ hierlz vsq; ad solū diruta ē.

¶ Uisio nona. Capitulum.xj.

A dañ.10 SEquit nona visio danielis quā cū seqnti qdā dicūt esse vnā. Sz hieronymꝰ ſm hebraicā ꝟitatē tradit esse duas:et vtraq; scripta est i daniele hebraice. Porro vtranq; vidit daniel vnā quidē vidit:sed alterā audiuit anno tertio regni cyri regis persarū ꝛ in eadē die einsdē anni in hunc modum. Primo anno darij: daniel intelligēs imminere.lxx.annū captiuitatis liberāde.orauit dñm vt darius ꝛ cyrus liberarēt populuz suū. Et data est snia a deo de licētia redeūdi danda:ꝛ hanc egressam a dño supra nūtiauit danieli gabriel. Et ertūc darius disponebat de libertate ꝛ licētia dāda hebreis:sz ꝓuentus morte nō impleuit. Cyrus aūt primo anno regni sui dedit eis eandē libertatē quaz habebāt indigene ꝛ licētiā redeūdi. Ipli vero qz fere oēs nati erāt in chaldea:et possessiones ibi habebāt:eligebāt remanere in terra natiuitatis sue. Pauci ꝟo q ascendere

dere disponebāt in iudeam: pigri erant et morosi etiā vsq; ad tertiū annū cyri. Q̄ attendēs daniel vehemēterꝰ affligebať dolore q̄z priꝰ: et orabat dñm vt qui prius dederat regibus aim liberandi: daret et populo animū redeūdi. Factū A dañ.10 est ergo tertio anno regni cyri primu mense:prima die mēsis:lugebat daniel triū hebdomadaꝝ diebus panē desiderabilē non comedit carnes ꝛ vinū nō gustauit:nec vsus est vnguēto ꝓ balneis more persaꝝ. Die aūt.xxiiij. dū esset iuxta.fluuium qui est tigris vidit. Et ecce vir vestitus lineis accinctus zona aurea:cuius facies quasi fulgur.ocli vt lāpades:torax corpis quasi crisolitus:que deorsuz erāt brachia scz femora tibie et pedes quasi es candēs:ꝛ sermo eiꝰ quasi vox multitudinis loquētis. Porro viri qui erāt cū eo territi fugerunt ꝛ solus vidit visionē ꝛ corruit in faciē suā:sed vir ille accessit: et erigens eū ꝛ ꝓfortās ait. Noli metuere daniel:qz ex die primo mentis quo posuisti cor tuū vt te affligeres cora deo:exaudita sunt verba tua:ꝛ egressa est snia a deo de reditu ppli.ꝛ eadē die volui ad te venire vt nūtiarē tibi: sed ꝓceps regni persaꝝ restitit mihi.xx.diebus ꝛ vno. Cūq; tūc egrederer apparuit princeps grecoꝝ veniēs vt aduersarer principi persaꝝ ꝛ mihi ꝛ aliquātulā feci moram. Sed nunc venio vt certificē te de reditu populi et in his nemo est mihi adiutor nisi michael princeps vester. Hos duos principes grecorum et persarum dicit hieronymus esse angelos malos: qui appositi sunt regnis illis ad exercitiū. Laborabat itaq; angelus ps̄arum ne hebrei liberarenť a dominio persaruz:tnm quia delectabatur afflictionibus eoꝝ tū vt perse diuitius affligentes eos grauius peccarent. Laborabat etiam angelus grecoꝝ vt ꝑse ꝛ captiuitas hebreoꝝ cū eis trāsirent in dominium grecoꝝ. Exegorius aūt vult. eos fuisse angelos bonos qui sagtabant ne tam cito liberarētur iudei:vt si qd adhuc erat purgandum in eis purgarēť:ꝛ decoquerent vsq; ad vnguē. Preterea addidit vir ille. Nunc reuertar vt prelier aduersus principem persarū. verūtm prius annuntiabo tibi qō expressum est in scriptura veritatis de quibusdā aliis quoꝝ gerit solicitudinē. Porro a primo anno darij orabat daniel ꝓ eo vt staret et roborareť regnū eius ꝛ solicitus erat de successoribꝰ regni psarū volēs eos scire. De quoꝝ manifestatione sequitur decima visio in qua primū inducitur Daniel loquens sic.

¶ Uisio decima. Capitulum.xij.

A dañ.11 EGo aūt a ꝑmo ānō darij medi stabā i ꝓspectu dei vt ꝓfortaD dañ.11 reť ꝛ roborareť ipe dariꝰ. Et siasi fit metaplasmus qui frequēs est i pphetis. Et introducit vir ille ꝑdictus loquēs ad danielē sic. Et nūc ꝟitatē annūtiabo tibi:qz ecce adhuc post darij ꝛ cyrū qui nūc sunt tres reges stabūt in pside: cambi Inci ses.s.crencides magnꝰ darius fidens. lius itaspis:ꝛ quartus.s.rexrxes filius darij sup oēs erit:ꝛ cōcitabit oēs aduersus regnū grecie. ¶ De isto legiť qz succendit athenas:et bellū nauale egit apud salamiaz: qñ sop hocles ꝛ euripides clari habebanť:ꝛ phemistodes in psaz fugiēs hausto sanguie tauri periit. Tunc vir q̄ loqbať danieli preter misit oēs reges vsq; ad alexādruz magnū et ait. ¶ Surget vero rex dañ.vt fortis:ꝛ faciet quod placuerit ei:ꝛ supra. cū steterit confortabitur regnū eius: ꝛ dimidetur in quatuor ventos celi. In egypto enim que est ad meridiem primus regnauit ptholomeꝰ lagi filiꝰ. In macedonia philippus qui ꝛ arideus frater alexādri que est ad occidentē syrie ꝛ babylonie et superioribus locis qui sunt ad orientē ꝑfuit seleucus:nichanoꝝ impauit asie ꝛ ponto:ꝛ ce-

teris in eadē plaga pmittēs. Antigonꝰ ꝟo ad septēt̄rionē. Et hoc ꝟm orbis totius plagas dicimus. Qui aūt in iudea est ad aquilonē syriā: ad meridiē egyptū ꝟz. De regno egypti ⁊ syrie tm̄ pscꝫtur daniel: qꝝ sub his afflictꝰ est ppl's dei vicissim. Porro post alexādrū regnauit i egypto ptolomieꝰ lagi filius: a quo seqntes reges egypti ptholomei dicti sunt. Post ptholomeū philadelphus: post ptholo. euergetes: post ptho. philopater: post ptholo. epiphanes. In syria post alexādrū regnauit seleucus: post antiochꝰ soter: a quo successores antiochi dicti sunt: post antiochus theos: post antio. gallaricꝰ. post anti. magnus: post anti. epiphanes. De his psequit vir loq̄ns ad danielē: incipiēs a rege egypti sic. Et ꝓfortabit̄ rex austri. Hic est ptholomeꝰ lagi filiꝰ adeo fortis vt pirrhū regē epirotaꝝ expulsuz restitueret in regnū: ꝛ deuicto demetrio filio antigōi seleuco regni sui partē quā antigonus abstulerat restituit: cyprū: phenicē: ⁊ regiones multas ⁊ insulas sibi subiugauit. Cui successit ptho. philadelphus q̄ primꝰ ab ethiopia addurit. cccc. elephātes turres ligneas eis sup ponēs in quibꝰ posuit armatos ac dimicandū: sub quo. lxx. interpretes claruerūt. Hic pugnauit ꝟ āthiochū theos regē syrie: ꝟz post ea federati sunt. Nā anthiochus duxit vxorē beronicem filiā philadelphi: repudiata priori vxore laodice: q̄ cū redūsset in gr̄am viri occidit veneno virū ⁊ filiū quē susceperat de beronice: gallericū ꝟo filiū suū fecit regē syrie. Euergetes ꝟo qui successit philadelpho invltionē beronice sororis vastauit syriā. Sed audito q̄ principes egypti ꝓspirauerāt aduersus eum redūt in egyptū: trahens secū de syria predā multā nimis: ⁊ simulachroꝝ duo milia. dc. taléta. Porro gallericus duos filios reliquit seleuchū ⁊ antiochū magnū: ꝟz antiochus occiso ſre suo regnauit ⁊ ogressꝰ cū rege egypti philopatre victꝰ est ꝑ desertū fugiēs ⁊ pene captꝰ. Philopatri ꝟo successit i egypto epiphanes cum esset quatuor annoꝝ: ⁊ cepit antiochꝰ magnus infestare eū. Sed principes egypti dimicabant ꝑ puero. Sub epiphane onias sacerdos assumptis plurimis iudeoꝝ fugit i egyptū: ⁊ accepit a rege regiōez q̄ elioꝑoleos vocabat ⁊ in ea extruxit tē plū silr tēplo iudeoꝝ asserens se implere vaticiniū esaie scribētis. Erit altare dñi in egypto: ⁊ titulꝰ eius in terminis eius. Hoc templū pmansit annis. ccl. vsq̄ ad vespasianū qui ciuitatē ipsam que dicebatur onie: ⁊ tē-

Additio.

plū fūditꝰ euertit. Porro antiochus magnꝰ reliquit duos filios seleucū: ⁊ antiochū epiphanē ꝟz epiphanes ꝑ fraudē electo fratre vel occiso regnauit in syria. Hucusq̄ ō ordine hystorie inter porphirū ⁊ nostros nulla est cōtentio: que sequuntur exponit porphirius de antiocho tantum. Expositit enim Danielem vt infamaret eū. Nos autem mixtim exposuimus de antiocho ⁊ antichristo: quedā tm̄ spāliter de antiocho: ⁊ quedā de antichristo: vt illud de antiocho. ⁊ comedētes panē cū eo ⁊ cetera: vsq̄ illuc: ⁊ veniēt sup eū trieres ⁊ romani. Antiochꝰ essi epiphanes dedit sororē suā vxorē epiphanio regi egypti i dolū: q̄ suscepit ex ea duos filios. Tūc antiochꝰ igressus est egyptū tāq̄ visurꝰ sororē ⁊ nepotes: sed inter epulas fecit occidiviz sororis ⁊ voluit obtiere egyptū: ꝟz egyptij virū ꝛ resistētes deiecerūt eū. Post biennū reuersus obsedit alexandriā ⁊ ecce legati romanoruz missi sunt ad egyptios liberādos q̄bꝰ federati erāt. Cūq̄ applicuissent egressus est eis obuiā antiochꝰ et dum

Daniel. 158

dum starent in littore dixit ei marcus publius lenas. Senatus populusq̄ romanus ꝓcipit tibi recedere ab amicis suis. Cūq̄ ille peteret inducias respōdendi: marcꝰ circa illum fecit circuluz in tabulo cū virga: ⁊ ait. Senatꝰ populusq̄ romanus ꝓcipit tibi ne egrediaris de hoc circulo donec rñdeas. Ad quem antiochus. Si sic visum est senatui et populo romano recedendum est: ⁊ recessit ab egypto: silr ⁊ qō sequit de antiocho tantū intelligendū est: ⁊ erit in concupiscentijs feminarum. Naz antichristus castus erit ob simulationē religionis. Quod vero sequitur deū in moazim in loco suo venerabitur vtriq̄ congruit. Moazim enim presidium sonat: ⁊ antiochus in hierusalem presidium posuit ⁊ idolū iouis: antichristus vero diabolum deū ⁊ presidem suuz venerabitur. Porro antichristo tm̄ ꝟgruit id qō sequit: ⁊ figet tabernaculuz suum apherno inter maria. Apherno interpretatur solum suum: ⁊ est sensus. Figet tabernaculū soliꝫ sui in hierlm: q̄ sita est inter mare mortuum ⁊ tyrrenū ⁊ sup mōtē inclytum ⁊ sctm̄. i. in mōte oliueti: ⁊ ponet tabernaculū suū: ⁊ veniet vsq̄ ad summitatē eius. i. ad locū vnde dñs ascēdit ⁊ nemo auxiliabit ei: q̄ audiet vox in aere dicēs. Morere ⁊ statim fulminabitur. ¶ Post ea prosequitur visio de antichristi tpe: ⁊ cōuersione iudeoꝝ ⁊ resurrectione mortuoꝝ dicens. Et veniet tempus quale nō fuit ex quo gentes cepernt ee. Et stabit michael pro filijs populi tui ⁊ salnabit ex eis ois qui scriptꝰ erit i libro dei. Et mltitudo oim q̄ dormiūt in puluere ꝛre exigilabūt alij i vitā eternā: alij in opprobriū vt videāt sp. Nō q̄dē bonos: q̄ tollet impius ne videat gloriam dei: sed vt videant opprobriū suū semp. Tu aūtē daniel signa libꝝ. i. scribe mysteria: sed nō exponе. Pertransibunt plurimi ⁊ multiplex erit sciētia quasi diceret. Relinq̄ posteris materiam exercitij. Et desiderabat daniel scire quanto tēpore duraret pscutio antichristi. Et vidit principem persarū stantē in ripa fluminis: ⁊ ꝓcipe grecoꝝ stantē in altera: et virū indutum lineis stantē in medio sup aquas: ⁊ dixit ad eū. Vsq̄quo finis horū mirabiliuz. Et eleuans ille vtrāq̄ manū iurauit ꝑ viuentē in eternū: q̄ in tps ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis. Et ait daniel. Domine q̄d erit post hec. Et rñdens ille iterauit idē tps: ꝟz ꝑ alia ꝟba dicēs. Cū ablatū fuerit inge sacrificiū et posita fuerit abhominatio in desolationē hoc ē cū ablato cultu dei ⁊ desolato: ātichristꝰ abhominabiliter exhibebit se adorādū: ⁊ erūt dies mille ducenti. xc. i. tres anni ⁊ semis. Postea intulit q̄d erit post hec. Rñdet dicēs btūs q̄ expectat ⁊ peruenit ad dies mille. ccc. xxxv. Si dieꝰ mille. cc. xc. addant dies xlv. fient dies mille. ccc. xxxv. Ita post mortē antichristi ꝺabunt lapsis. xlv. dies ad pniam. Et est sensus. Btūs erit q̄ post dies persecutiōis pueniet. ad dies sup additos pnie. Tu aūt daniel iterum vades ad ꝑfinitū tps vite tue et requiesces ⁊ in fine dieruz stabis in sorte tua. i. resurges in ordine tuo.

¶ Sequitur. Cap. dañ. xiij. quod tractat de susanna.

De idolo belis ⁊ draconе. ca. xiiij.
De habachuch. ca. xv.
De cyro. ca xvj.
De licentia redcūdi data iudeis. Capitulum. xvij.
De anno septuagesimo ca. xviij.
De reedificatione templi. ca. xix.
De cambise. ca. xx.
¶ De susanna. Cap. xiij.

Prefatio.

Equit hystoria susanne quā hebrꝰ nō hz i libro danielis. Et vocat eā fabulā non q̄ inficietur rē gestam: sed q̄ in ea falsum legitur de sacerdotibus lapidatis quos hieremias adustos testat. Et quia fabulāmur eam scriptam a danielе: cum

Universidad de Deusto Biblioteca

le: cum a quodã greco scripta fuerit: qõ ꝓbatur ex eo ꝙ quedam allusio verboꝝ facta sit ibi noibꝰ arborum vcz apotoy: cymi. cyse. apotoy primi prise. Tales eñ allusiones verborũ ⁊ arborũ nomina nõ inuenimus in hebreo. In trãslatione quidem nostra vna ex eis allusionibꝰ qualiscũq; legitur: vt cum dixisset sacerdotes sub cyno respõdit daniel verbuz: quasi alludens nomini scindet te mediũ. Expressius fieret si diceretur ita sub ilice: et adderetur illico angelꝰ domini scindet te. Eadem allusio põt fieri verbi ad nomẽ tẽporis: vt si dicere tur: factum est hoc feria sexa: et rñ deretur: feriat te deus. Hanc eandem historiã vocat origenes fabulam in decimoi stromatum. i. institutionũ: forte secũdã editionem quã sub obelo ⁊ asteriscꝰ posuit stromata vocauit: qꝛ ꝑ eaz plenius nos instruxit. Apparet autẽ hoc factũ esse adhuc recẽti ca ptiuitate: qꝛ daniel adhuc iuuenis erat. ¶ Porro susanna vxor ioachiz pulchra erat nimis ⁊ exarserant in eam duo seniores audices illius anni: de ꝗbus dicit dñs. Iniquitas egressa est i babylone a senioribus iudicibus. Tradũt hebrei quia mulieres i hoc decipiebant: quia dicebant se esse de stirpe dauid ⁊ christũ de semine suo nasciturũ. Hi statuerunt in cõmune tẽs quo susannam possent inuenire solã: ⁊ latuerũt post meridiem in pomerio helchie. Et ingressa est susanna volens lauari. i. vngi ꝑ consuetudine terre: et misit puellas ad afferendũ oleũ ⁊ smigmata. Est aũt ꝓprie smigma hordeum cũ palea vñ faciunt mulieres decoctionẽ forte ad nitoreꝫ faciei. Tunc currẽtes senes ad eã dixerũt. Cõmiscere nobiscum: alioquin feremus ẽtra te testimonium adulterij. Et elegit susanna incidere in manus eoꝝ potius ꝙ peccare in deũ. Et exclamauit. Et accurrẽtes famuli: erubuerũt cũ audissent senes loqui. Altera die statuta est susanna in medio populi: et ponẽtes senes manꝰ suas sup caput eius contestati sunt se vidisse iuuenem: ⁊ ipsam pariter commiscere: ⁊ cõdẽnauerunt eã ad mortem. Et clamauit susanna voce magna ad deum. Domine tu scis qꝛ ignorãs morior. Cũq; traheretur suscitauit deus spm̃ pueri cui nomes daniel. Nõ est credenduz his qui dicunt Danielẽ mortuũ fuisse ⁊ suscitatuz tunc ⁊ deinceps fuisse prophetam: sed tũc manifestauit dñs spiritũ sanctũ fuisse in eo: qui prius quasi latẽs ꝺescebat. Et ait daniel ad populum. Reuertimini ad iudiciũ: qꝛ falsuz locuti sunt ad uersus eã. Cũq; reuertissent separauit Daniel senes abinuicẽ: ⁊ ad uocans vnũ dixit. Sub qua arbore vidisti eos colloquẽtes qui ait. Sub cyno quã latini dicũt ilicem vel lẽtiscũ: ⁊ aduocatꝰ alter dixit sub ꝓruno. Et acclamauit populꝰ in eos ꝓpter dissonantiã: et interfecerũt eos. i. regi tradiderũt iterficiẽdos. Et factus est daniel magnus in populo in die illa et deinceps. Et rex astrages appositꝰ est ad pẽs suos: et suscepit cyrꝰ regnũ eiꝰ. i. regnũ persaꝝ. Forte ꝟ determinat tẽs quo liberata est susanna qñ. s. cyrus factꝰ est rex ꝓsarũ: ⁊ darius cyaxaris filius astrages ⁊ successione darij filij eiꝰ adoptiui et cyri nepotiz. i. filij filie eiꝰ astrages factũ ẽ illõ de bele ⁊ illud ẽ de susanna: cuiz adhuc ꝟgnũ babylõis storeret.

Additio.

Quid sit obelꝰ ⁊ asteriscꝰ requiritur supra ea. i. genesi ꝟ diuersis trãslationibus. Cuz eñ quatuor fuissent trãslatiões lxx. aq̃letheodotionis: simachi. origenes trãslationes illas corrigẽs. iiij. columnas fecit: i ꝓria posuit trãslationẽ. lxx. i secũda aquile: in tertia theo. i. ꝟta symmachi: ⁊ quemẽtiã triũ; notauit asteriscꝰ: discordantis a tribus trãslatiõibꝰ notauit obelo.

Additio.

Trãslatꝰ est quẽ hic facit historia: valẽs forte ad ꝓcedẽtia de susanna: vel magis ad sequẽtia de idolo belis.

rex

rex medoꝝ. Uel potꝰ determiniet tẽs sequẽtis historie que hic incohoat et adhuc stabat regnũ babylonis et erat in babylone rex de quo statim sequit. ¶ Erat aũt daniel cõuiua regis ⁊ honoratus super oẽs amicos eius: cuiꝰ nomẽ/qꝛ tacet historia / põt intelligi fuisse pater balthasar vꝫ ipse balthasar sub quo factuz est a daniele: qõ legitur in fabula belis ⁊ drachõis: quã fabulã appellat hebreꝰ: eo ꝙ falsuz legit inico ⁊ impossibile de translatiõe habacuch. Et refert hieronymꝰ: ꝙ cuz dixisset ei hebreus talem translationẽ corporalẽ nusq; factã cẽre spõdit quidã sciolus qui erat cuz eis: ezechielẽ trãslatum de chaldea in iudeã. Et irrisit eũ hebreꝰ dicẽs. In litera expressum est qõ ezechiel trãslatus est in spũ. Unde apls noster caute locutꝰ est dicens. Siue in corpore sine extra corꝑ nescio deꝰ scit. Et addidit hebreꝰ mil ihac fabula ꝓpheticũ narrari: sed opꝰ tñi ex industria factũ.

¶ De idolo belis ⁊ draccone.

Capitulum xiiij.

Erat autẽ i babylone idolũ noie bel. ⁊ impẽdebantur ei dieb̃ singulis de similag. xij. artabee: ⁊ oues. xl. ⁊ vini ãphoꝛe. vj. Est aũt artabee apõ chaldeos eadẽ mẽsura q̃ ⁊ ephi apõ hebreos mensura. s. trium modioꝝ. Et rex babylonis adorabat illud per singulos dies et dicebat danieli. Quare nõ adoras bel. Qui rñdit. Nõ colo facturã sed creatorẽ oiz deũ viuẽtẽ. Et ait rex. Nõne videst tibi bel deꝰ viuẽs: q̃ tãta quotidie cõedit ⁊ bibit. Qui rñdit int̃ lutẽ ⁊ fortis eneus: nũq; comedit. Et vocauit rex sacerdotes ⁊ ait. Nisi dixeritis mihi quis comedit impensas has morietemini. Si autez ostenderetis mihi quõ bel comedat hoc daniel morietꝰ. Erãt autẽ sacerdotes. lx. exceptis vxoribꝰ et paruulis. Et venit rex cũ daniele in templũ. Et dixerũt sacerdotes. Nos egrediemur foras: ⁊ tu rex pone vinũ ⁊ escas ⁊ claude ostiuz ⁊ signa annulo tuo ⁊ nisi inueneris mane ossia comesta a bel morianmur. Et posuit rex cibos ãte bel. Et daniel cribrauit cinerẽ ꝑ totũ palmẽtũ corã rege: ⁊ clausuz est ostiũ: ⁊ signatũ annulo regis. Sacerdotes aũt ingressi sunt illa nocte iuxta ꝓsuetudinẽ suã cũ vxoribus ⁊ liberis: ⁊ ꝓsumpserũt omia. Fecerẽt aũt sibi cuniculos sub terra: ⁊ absconditũ introitũ sub mẽsa diluculo venit rex ad tẽplũ ⁊ daniel cũ eo: ⁊ inuenerũt signa salua. Cunq; aperuissent ostiũ intuitus rex mẽsaz vacuã exclamauit. Magnꝰ es bel. ⁊ renuit daniel regem ne ingrederet: ⁊ ait. Aduerte vestigia pedũ sup palmẽtũ. Et ira tus rex apprehẽdit sacerdotes: ⁊ ostẽderũt ei ostiola ꝑ q̃ ingrediebant ⁊ egrediebãt. Et occidit eos rex: ⁊ dedit bel in manũ danielis. Qui subuertit eũ ⁊ templũ. Erat autẽ in eodẽ loco draco magnꝰ latens in fouea: ⁊ adorabãt eum babylonij. Sacerdotes eiꝰ habebãt hydraulia. i. vasa facta de coꝛys vitulorũ: ⁊ percutiebãt ea virgis coꝛaulinis: vt facerẽt sonitũ terribilẽ q̃si tonitruũ: ad quẽ excitatꝰ draco q̃q; emittebat fumũ q̃q; ignẽ: q̃q; visibiliter apparebat. Et dixit rex danieli. Nõ potes dicere: qꝛ iste nõ sit deꝰ viuẽs. Et ait daniel. Da mihi ptãtẽ: ⁊ interficiã eũ absq; ferro ⁊ fuste. Et dedit ei. Tulit ꝙ Daniel picem ⁊ adipẽ et pilos: ⁊ coxit pariter: fecitq; massas ⁊ dedit in os draconis: ⁊ suffocatꝰ crepuit. Et indignati babylonij dixerũt. Judeꝰ factꝰ est rex. Et dixerũt ad re

Additio.

Acsi diceret. heretic⁹ vꝫ publicanus factus est.

em.

A Supra 6.

gem. Trade nobis danielē: alioquin interficiemꝰ te⁊ domū tuā: ⁊ cōpulsus tradidit eis. Qui miserunt eū in lacū leonū:: ⁊ erat ibi septēdiebꝰ. In lacu erāt leonesse ptē ⁊ dabāt eis quotidie duo corpora dānatorū ⁊ duc oues: ⁊ tunc nō sunt data eis vt devorarēt danielē. ¶ Erat āt ꝓphēta in iudea: q̄ ferebat pulmentuz messoribꝰ. Et ait angelus ad eū. Fer prādiuz in babyloně dānieli q̄ est in lacu leonū. Qui rndit. Babyloně non vidi: ⁊ locū nescio. Et tulit eū angelꝰ capillo capitis sui ⁊ posuit eū super lacū: ⁊ clamauit abachuch. Daniel ferne dei tolle prandiū qđ misit tibi deꝰ. Et gratias agēs daniel comedit. Porro angelꝰ restituit abachuch i locō suo. Venit ergo rex die. vij. vt lugeret danielē: ⁊ vidēs eū sedētē in medio leonū exclamauit. Magnꝰ es dñe deꝰ danielis: ⁊ extraxit eum de lacu leonū. Porro illos q̄ pditiōis ei⁹ cā fuerāt itromisit: ⁊ devorati sunt in momēto coram eo.

¶ De abachuch. Capitū. xv.

Porro abachuch fuit ō tribu symeon. hic previdit captiuitatem hierusalem futuram. Et aduenīē tibꝰ chaldeis fugit in sōstratenā ⁊ erat incola i terra isrl. Deicēdētibꝰ ꝺo reliquijs inde in egyptū q̄ū pere grinabāt in terra sua. Et sepsit Et in principio operis causaꝝ aduersus deuz cur ipius vastaſ set ꝓpl̄z dei: ⁊ cū ptinariū eiꝰ eū ipse clamaret: nō exaudiret. Sz i ꝓsolatōez apuit ei dñs calamitates circūstantiū nationū futuras per nabuchodonosor lōge maiores: ⁊ ā dem ipsum nabuchodonosor periturum: ⁊ ita murmure pueri sus est ad ꝑces. ¶ Et ostēdit illi dñs aduentū xp̄i dicēs. Si mora fecerit expecta eū q⁊ veniens veniet ⁊ nō tardabit. Et ipiecatus est abachuch nabuchodonosor iter plurima dicēs. Ue qui potū tat amico suo mittens fel: ⁊ inebriat eum vt aspiciat nuditatē eiꝰ q̄ fecit nabuchodonosor sedechie. Ultimo scripsit canticum. Dñe audiui ⁊c. Hic oū ferret pulmētū messoribꝰ dixit domesticis suis. Zto ad terrā longinquā: cito redibo. Si tardauero per dies ferte cibū messoribus. Et cum fuisset in babylone subito superuenit messoribꝰ. Intellexit autē q̄ celeriter esset ꝓpls a babylonia reuersurus. Uñ ꝓz lōge post liberatā susannā hoc cē factū. Signū autē reditus dedit his qui in iudea erant: q̄ viuri essen lumē i ruinis tēpli: vlt mōtis templi desolationē ꝑdurit q⁊ gēs occidētalis hāc esse actura. Tūc inquit. Uelamē sancti sanctoꝝ fiscetur ⁊ duarū colūnarū epistilia auferent: ⁊ q̄ sint nullꝰ agnoscet. Ipsa ꝺo in heremo adducent: et eos in vltimo q̄ ꝓsecutionē fuit: nēt a serpēte illuminabit dñs sicut a ꝓncipio. Et mortuꝰ est abachuch ⁊ sepultus i agro ꝓxio solus. Porro de daniele quantum superuixerit post reditum popul̄ in iudeam nescimus. Defunctꝰ autem ⁊ sepultus est in spelunca regali solus cum gloria. Hic est damel qui dedit signū in mōtibus sup babyloniam dicens. Quando parsmōtiū arborea fumigabit vēict finis babylonie quādo vero velut ignis ardebit finis erit vniuerse terre quādo ad partē nothi aque decurrerint reuertet populus ad terram suaz. Cō si fluxerit sangui ne erūt homicidia bella in vniuersa terra.

B Abac. 2.

B Abac 3

Pbac. damel meus.

Additio.

Id est duaꝝ tribuuz. Iā enim captiuate erant x. tribus ⁊ colonī in earum terras adducti inter quos latuit abachuch q̄usq̄ recessiſſ. nt chal dei: postea redijt in terraz iude. ⁊ discedenti bus alijs in ꝓpria terra quasi peregrinus, remansit.

Additio.

Hec verba sumpta sūt de libro epiphanij episcopi cipri: cui ſpiritu revelata sunt quedam secreta prophetarum. Plurima enim prophetie absconduntur: vt a quodaz dicit thi aque Secretum meū mihi. ⁊ liber ille epiphanij secretuz prophetaꝝ dicitur.

¶ De Ciro. Capitū. xvij.

Er diuersis hiſtoriis.

Post mortē darij medi cirus monarchiā tenuit oriēt̄ cuius sedē posuit apō persas. Iez regnū medoꝝ maius esset ⁊ honorabilius eo q̄ perse eum sublimauerāt i regē. Iste fuit nepos darij ex sorore: nepos vero astiagis ex filia. Porro astiages vnicā habuit filiā et vidit somniū q̄ de genitalibꝰ filie oriebat vitis q̄ totā occupabat asiam: ⁊ accepit a plectoribus se habituꝝ nepotē ex filia q̄ dñs esset a sez ipsuz deūceret a regno. Qđ timēs dedit filiam suam vxorē militi plebeio. ne filiꝰ ex ea nasceret nobilis ⁊ potens. Preterea filiā ꝓgnātez asciuit et natū ex ea filiū cuidā ꝓcipi arcanoꝝ tradidit occidēdū. Qui credēs regnū trāsituruꝰ ad filiā suā filiū eius vel ritꝰ est occidere ⁊ vnī de pastoribꝰ regis tradidit paruulū exponēdū in nemore. Qui cū exposuisset euz ⁊ id indicasset vxori: q̄ in diebꝰ illis pepercerat supplicauit ei mulier vt paruulū deserret et alēdū. ⁊ ꝓprijs filijs ꝓ eo exponeret. Cūq̄ redisset pastor ad puerū inuenit canē ꝑbētē ei vbera ⁊ a feris ⁊ auibꝰ defendentē. Cūq̄ tulisset euz ad vxorē alluſit ei tanq̄ dñ note. vocauitq̄ puerꝝ sparticū. i. catulū. Spartos ei plice canē sonat. Qui cū esset grādinsculꝰ a pueris ludē tibꝰ: factus est rex coꝝ ⁊ contumaces ⁊ iobedientes sibi grauiter affligebat. Qđ grauiter ferētes patres coꝝ verbū detulerūt ad regē de filio pastoꝝ. Quē cū aduocasset rex ⁊ argueret eū q̄ pueros plagasset ille itrepidus se vt regē feciſſe respondit. Et āmiratꝰ rex ⁊ quedā signa gnīs sui in eo esse deprehēdēs ascito pastore secretius veritatem rei agnouit. Uerūtn timor eius de nepote mitigatꝰ est: estimans qđ verbū ꝓiectoꝝ de regno ipletū eēt in regno puerorū. ⁊ eidē cui ꝓpos cōmiserat occidēdū ꝓmisit alēdū nō indicans tū esse nisi pastoris filiū. Filiū q̄dem illiꝰ secretarij sui clām to dedit ꝑi ad comedēdum qz nō obedierat ozi eius. ⁊ posti id ipsuz indicauit ei. Factū est autem vt astiages traderet exercitum illi secretario ad hostes expugnandos ipe ꝺo recedit in media. Porro ille nō immemor maleficij regis ꝑsuasit exercitui: vt sparsacū regē ꝑsidis sibi eligerēt: ⁊ cognominauit eū cyrū: q̄ iterꝑtat herez. q. d. Licet reliquerē astiages hic est herez. Quo facto, timēs astiages darium ꝓsobrinū adoptauit sibi in filiū ⁊ collecto exercitu ꝓgressus est aduersus cyꝝ ⁊ fugerūt ꝑse. Uxores antē eoꝝ ⁊ matres egresse ad eos: ⁊ detect̄ posteriorib⁹ suis aiebāt. Uultis ne itroire i vteros matrū ⁊ renasci. Hoc pudore excitati ꝑse acriter redierūt in hostes ⁊ victꝰ est astiages. Cirus aūt magis exhibuit se illi nepotē q̄ victorez. Nā regnū hircanoꝝ ꝓcessit ei. Dario vero tāq̄ fratris mīs sue tradidit regnum medoruz tamē sub certa spe reuertendi ad ipsum.

Nota canē ꝑ eē ꝑpetuum nomē ꝑsone vt fabulosa hiſtoria ꝺz q̄ fuit vxoris pastoris.

¶ De licentia redeundi data indeis. Capitulum. xvij.

A 1. esdre 1. 2. 3. B

Itaq̄ cū vniuersus regnū de voluntū eēt ad eū in huiꝰ regni āno ꝓmo suscitauit ꝺns spūm eiꝰ vt ipleret ꝟbū ieremie. Et dedit libertatē oibꝰ iudeis q̄ erāt in vniuerso regno suoz Iniam redeūdi i iudeā ⁊ edificandi domū dñi. Excitatꝰ aūt fuit ex verbis esaie. qui ante. cc. ⁊. x. annos scripserat de ipso dominum ciētem. Christo meo ciro cuiꝰ apprehendi dexteram subiiciam gentes et regna. ipse reedificabit domum meaz in hierusalem. Ut ergo hanc munificam scripturā impleret ⁊ scripturam libertatis ⁊ licentie traduxit in vniuersuz regnum suum dicēs.

Esdr. 2 ⁊ 2 pa. 39. D hic. 29 B ysa. 45

Omnia

A 1.esdre 1. Omnia regna terre dedit mihi dominꝰ deꝰ celi. credo hūc esse quez gēs israel adorabat. In hac eplā hortatꝰ est ēt indeos vt ascēderēt in indeā. ⁊ q̄ nollēt ascēdere iuuarēt ascēdētes in pecunia vestib⁹ et iumētis. Porro clarissimi indeoꝝ habitabāt i babylonia. i. in terra babylōis euerse. Babylō em̄ ꝓpe nomē ē ciuitatis: babylōia ꝙo nomē regionis: lz vnū ꝑ altero sepe legaf. ¶ Inter eos zacharias natus in chaldea iā ꝓphetabat. hic bñdixit salatiel i filiovocās eū zorobabel qđ interꝑtaf magister babylonis. q. d. hic erit magister captiuitatiꝫ babylonice. Ad huꝰ prophete exortationē ꝑmi surrexerūt viri iuda: vt ascēderent in hierl'm postea ꝙo viri beniamin et leuite. Propterea vt dicit ioseph⁹ a iuda cognominati sunt iudei. Vnꝰ em̄ nois plures fuerūt cause. Sup turri babel legiſ q̄ a dedā q̄ cognoiatus est iudas dicti sunt iudei. Alibi q̄ a iuda filio iacob. Alibi q̄ a iuda machabeo. Porro ascēsuri i hierl'm vel in indeam alios hortabāt: sed paucos inuenerūt q̄ assētirēt eis. ⁊ ꝓpterea tā i exhortatione ꝙ̄ in apparatu tres ānos ꝓpleuerūt. Igr̄ i tertio ānoCyri regressi sunt sub zorobabel duce ⁊ iesu magno sacerdote ad hortatib⁹ eoꝝ zacharia ꝓpheta: ⁊ aggeo iuuene ſz nōdū ꝓpheta. Erāt aūt circiter. l. milia. Fuerūt et de indeis. xlij. milia ⁊. cccc. ⁊. lx. Relicꝫ vero erāt serui ⁊ ācille⁊ holes generꝭ pmixti. Et remisit cū eis cyr⁹ ptē vasoruꝫ dñi quiꝫ milia ⁊. xl. inter q̄ posuit ioseph⁹ refrigeratoria quoꝝ vsuz nō legi. Ascēderūt etiā q̄dā cū eis dicētes se. esse de gñe sacerdotū ꝑpter emolimētū. Cūꝫ q̄rerēt scripturā genealogie suez nō inuenirent. recepti sunt in israel: sed eiecti sunt a sacerdotio reuersi sunt i hierusalem ⁊ in ciuitates inde.

¶ De anno. lxx. Cap. xviij.

Hic 23 Hic est autē annus septuagesim⁹ relaxāde captiuitatis quā ꝑdixit hieremias. Nam ⁊ hieronym⁹ ꝑmū annū dicit cyri fuisse septimum septime decadis. Itaq̄z tert⁹ānus cyri fuit septuagesim⁹ cui ꝙsonat ioseph⁹ dicēs. Prio anno impij cyri septuagesim⁹ cōcurrebat. i. iminebat. De eodē legit i 2. Para. palipomenō. Si q̄s cuaserat glādiū ductꝰ in babylonē seruiuit regi ⁊ filijs eius donec imperet rex persarum: et compleretur ſsermo hieremie ⁊ celebraret terra sabbata sua vsq̄z dum cōplerentur desolationis septuaginta anni. De eodem meminit daniel: anno primo darij intelleri numerū annoꝝ vt complerentur desolationis hierusalem. lxx. anni. Idipsum plane ꝓ dixerat hieremias in epistola quā direxit ad transmigrationē. Cum ceperint inquit impleri. lxx. visitabo ⁊ reducā vos ad locum istum. Alibi tamē videf velle ieremias. q̄ ante euersionē babylonis ꝓpleti essent: vbi ait. Seruient gentes iste regi babylonis. lxx. annis. Cū q̄z cōpleti fuerint anni. lxx. visitabo super regē babylonis. ⁊ super gētē istā iniq̄tatem eoꝝ dicit dñs ⁊ ponam terrā in solitudines sempiternas. Et hac antē autozitate fabulātur iudei vt supra diximus exultasse balthasar: ⁊ quinimō fecisse. Hic autez loquit hieremias de lxx. annis: nō captiuitatis sed inōtatis nabucho. ex quo cepit oppmere finitimas natiōes. ¶ Huic opinioni attestaf Affrican⁹ agēs de neemia. ⁊. xx. ānō regis Artaxersis dicēs. Eo tpe regni ꝓsarum c⁹ v. ānī fuerūt euoluti captiuitatiꝫ aūt hierusalē. c. lxxv. ¶ Eusebius tñ in libro chronicoꝝ videf obloq̄ ꝓdictis ꝙm annum darij filij ytaspis dicēs fuisse. lxx. ꝙm autoritatē zacharie: q̄ scōo anno darij scribens audiuit virū stātē inter myrteta dicentē. Dñe exercituū: vsq̄q̄ nō miserebēris hierl'm: ⁊ vrbium iuda q̄b⁹ iratus es. Iste iā septuagesim⁹ est ānꝰ ⁊ post vacua. Cū ie iunaretꝫ ꝑ hos. lxx. ānos: nūq̄d ieiunium

iuniuz ieiunastiꝫ mihi. ¶ Hinc quoq̄z consonat clemēs i primo stromate dicēs. ⁊ ꝑsenerauit captiuitas annis lxx. vsq̄z ad scōz ānū darij filij ytaspis. ¶ Videf q̄z eusebi⁹ distiguere inf septuagita ānos captiuitatiꝫ. ⁊. lxx. ānos desolatiōis templi dicēs ꝙm nōnullos vsq̄z ad annū. xx. ciri colligif oē tēpus captiuitatis ānī. lxx. a tertio anno ioachim filij: iosie. Porro ꝙz aliosab ano tre decio iosse vsq̄z ad ꝑmū ānū ciri colligūf ānī captiuitatiꝫ. lxx. desolationis ꝙo tēpli sub dario rege cōplētur anni. lxx. Hoc opinioni consonat glosa hier. sup ezechielē. vbi agif de dormitione super latus dextruz dicens quod primo anno ciri fluxerant anni desolationis templi. xxx. Porro ꝑ opinio de anno. lxx. magis certa est: ⁊ plurium autozitatibus sancita. Sola zacharie autozitas nos mouet. Iste iam septuagesim⁹ est ann⁹: quod forte determinari potest: vt iam accipiatur de ꝑterito. q. d. lxx. annus iste notus: scilicet ⁊ famosus iam diu est. Forte dictus est in zacharia. lxx. anno: non captiuitatis: sed quinte etatis q̄ ꝙm hebreos inchoauit anno. xxx. ante ciri monarchiam.

¶ De reedificatione tēpli. ca. xix.

A 1.esd.3 Porro i ānō regressiōis in iudeā cōgregatꝰ ē ppl'us quasi vir vn⁹ i hierl'z. Et edificātes altare: collocauerūt illud sup bases suas ⁊ obtulerūt sup illō holocausta dño mane ⁊ vespere. Fecerūtq̄z solēnitatē tabernaculoruz. Uñ ꝙo habuerūt ignē nescim⁹: nisi forte ex calculis veteris altaris excusserit illū. Anno aūt scōo mēse scōo ecēperūt fundamēta tēpli. Qđ audientes samarite venerūt ad eos ⁊ dixerūt. Edificem⁹ vobiscū q̄ ita vt vos q̄rim⁹ deū vestruz. Et rñderūt duces isrl'. Cōmūe est nobis ⁊ vobis adorare dñz ſz nō eidomū edificare. Hoc em̄ tm̄ nobis rex cirus ꝑcepit. Cūq̄z apparuissent fundamēta sup terrā eleuauit ppl'us vocē i iubilationē. Porro q̄dā seniores q̄ viderant templuz ꝑius eiulabāt voce magna nec poterat quis cognoscere clamorem letantiū ⁊ plāctum eiulantium. Porro samarite indignati impediebant manꝰ eoꝝ. Cumq̄z se impedire non possent dederunt munera ꝓncipib⁹ regis persaz qui erant positi sup terrā. Qui pecuniis corruptiue dideſt eis vt impedirēt negligētiaz edificatiōis ciro tm̄ ignorāte. Et adeo ipediūt eos q̄ i. xxx. ānis q̄b⁹ cir⁹ regnauit non ere xerunt muros edificatiōe tēpli templi: nisi vsq̄z ad appoditionē. ¶ Porro cirus cum percussisset cresum iuxta fluuium alim: gentē lidoꝝ bellicosissimam astute redegit in concordiam. Tradidit enim eis solēnitates ⁊ ludos ꝓcipiens eis vt lusib⁹ comessationibus et amplerib⁹ vacarent quasi beniuolētiam in eos ostendens. Et in hunc modū eos mulieuirauit ⁊ quos bello nō poterat: ris cruper libidinē repugnauit. Postea delitas vero transgressus: araxem a regis tem. na massagetaꝝ thamaris victus ⁊ occisus est. Que caput eius precisum in vtrem plenū sanguine humano proꝛiciens insultādo dixit. Satiare sanguine quem sitisti.

C Ibidē

1.esdre 4.

Incidens.

Nota.

¶ Incidentia.

¶ In dieb⁹ Ciri. vij. rex romanorum tarquinus superb⁹ qui causa tardni iunioris filij sui q̄ lucretiā

corrupat a regno expuls⁹ē. hic genera tormētoꝝ excogitauit vincula taureas fustes latumias carceres cōpedes: catenas: exilia: metalla.

C Judi.1 ¶De Cambise. Capitu.xx.

MOrtuo Cyro post. xxx. annos sui regni successit ei filius eius cambises q̄ apud esdrā artaxerses vel assuerus dr. In hi storia ꝓo iudith pp malitiā suam vocat nabuchodonosor. Tūc ꝓcipes terre qui impediebāt hebreos. s. reudet hiēē: quem iosephus dicit scripsisse olim accidētiuz. Et alij q̄ iudicabāt syriā ⁊ phenicē ⁊ oēs regiones vltra eufraten scripserūt cābise regi q̄ indei reedificabāt hierl̄z vidē pessimā ⁊ semp regib⁹ persarū rebelle ⁊ tēplum ad similitudinē castri que ob rebellionē pridē destructa fuerat quib⁹ reedificatis stati negarēt regi tributa ⁊ annonas nec etiā pateret regi transit⁹ in syriā. Hec aūt dicebant se cōmemorare ei: q̄ non immemores salutis. i. cibi condimenti q̄ in palatio eius comederāt: quasi ꝓpter bñficia eis collata cōsulentes vt interdiceret hebreis reedificationē. Quib⁹ ad quiescens cābises potēter interdixit eā per epl̄as. Tūc intermissuz est op⁹ dei in hierl̄m vsq̄ ad scdm annū darij. ¶ Porro sub cābise factū est q̄ in historia iudith legit.

¶ Sequūtur tituli capitulorum in historiam Judith.

De iudith. Cap.i.
De duobus Magis et dario filio itaspis. Cap.ij.
De consummatione tēpli ⁊ zacharia ⁊ aggeo. Cap.iij.
De xerxe. Capitulum.iiij.
De artaxerxe ⁊ esdra. Cap.v.
De necmia. Capitul.vj.
De reedificatione hierl̄m.ca.vij.
De inauguratione ignis. ca.viij.
De obseruatione tabernaculoꝝ. Capitulum. ix.
De dedicatione muri ⁊ obitu necmie. Capitulum.x.

¶ Incipit historia Judith. cap.i.

HAnc historiam transtulit hieronymus ad petitionē paule ⁊ eustochij de chaldeo in latinum. hic liber apud hebreos inter historias cōputatur: ⁊ inter agiographa quod dicit hieronym. in prologo qui sic inchoat. Vigintiduas literas ⁊c. Si ergo in prologo super iudith aliēbi legitur inter apocripha vitium est scriptoris: quod in ipso titulo deprehendi potest quem synod⁹ nicena in numero sanctarū scripturarum recepit. Transtulit autem eum propter varias ⁊ corruptas editiones magis sensuz ex sensu: q̄ verbum ex ꝓbo sequēs. ¶ Mortuo itaq̄ cyro q̄dā arfaxat med⁹ in echbatanis surrexit: ⁊ repauit eam ⁊ munivit eā inexpugnabiliter quadratā partes medie sibi cōciliās vt tādē toti medie iperaret. Nabuchodonosor ꝓo rex assyriorum q̄ regnabat i ninive āno. xij. regni sui obtinuit arfaxat in cāporogau q̄ est inter euphratē ⁊ tygri. hic est cābises cui adhuc paterut nēs ninivē ⁊ regnū assyrioꝝ concessit: ⁊ nabuchodonosor cognominauit. hic mortuo pr̄e. xij. illi⁹ regni ānū agebat. Nā i regno monarchie nō nisi octo annis regnauit. Cui postq̄ factus est monarchus: exaltatū est cor ei⁹. Et misit ad oēs q̄ habitabāt i cilicia ⁊ damasco ⁊ libano ⁊ carmelo galilea ⁊ samaria ⁊ vsq̄ in hierl̄z exigēs ab eis tributa longe grauiora quā patres sui. Qui oēs vno animo contradixerūt. Tūc iratus rex iurauit per thronū summi q̄ defenderet

Prefatio.

B Judit. 1.

Additio.

Cābises adhuc viuēte pr̄e. lxij. annis tenuit regnū assyriozum nini. vñ eo mortuo monarchiā septez annis tenuit.

Additio.

Nam supior: eo nullus fuit: voluit enim solus adorari ꝓ deo. Hec cum egro taret volebatin lectica deferri: nisi a cernicib⁹ regu⁹ quasi oēs superaret.

A Jud.2. fendere ⁊ se de olbus. ¶ Igit anno. xij. regni sui ꝓcepit holoferni ꝓncipi militie: vt egrederet ad regiones illas: ⁊ nulli horz vt munitionū ꝓceret oculꝰ ei⁹. Qui egressus est cū exercitu: ⁊ operuerūt faciē terre sicut locuste. Qui cum vastasset ciliciam: ⁊ mesopotamiaz ⁊ madianitas. ¶ Misit ad cū ꝓncipes prouinciarū dicētes. Destinat indignatio tua circa nos. Veni nobis pacific⁹ ⁊ vtere seruitio nr̄o sicut placuerit tibi. Et descēdit de mōtibus cū virtute magna ⁊ obtinuit oēs ciuitates ⁊ destruxit eas: ⁊ oēs deos terre exterminauit: sic enī ꝓceperat nabuchodonosor: vt ipse sol⁹ de⁹ deret ab his nationibus q̄ potuissent holofernis potētia subiugari. ¶ Et auctētes filij isrl̄ timuerūt valde ne simi lia faceret in hierl̄m: ⁊ in sanctuario dei ⁊ miserūt in terminos terre per quos poterat iter cē in hierusalem: ⁊ munierūt angustia viaruz: ⁊ humiliauerunt se cozā dño ad exhortationē heliachim sacerdotis filij iesu filij iosedech: vl̄ forte alteri⁹: quē ipse iesus circūmittebat ad exhortationē filioꝝ isrl̄ in mōtib⁹. Et operuerūt sacerdotes altare dñi cilicio: ⁊ ipsi in cinere ⁊ cilicio offerebāt holocausta: reclamabāt ad dñm. ¶ Nuntiatūq̄ est holoferni q̄ filij isrl̄ parassent se ad resistēduz: ⁊ mōtiū itin. ra conclusissent: ⁊ vocauit duces amō et moab dicēs. Quis est pp̄l's iste q̄ montana obsidet: aut q̄ est virtus eoꝝ. Tūc achior dux filioꝝ amō rndit: replicās ei quō primovenisset pp̄l's iste de chaldea ꝓ mesopotamiaz in terrā chanaan. Cumq̄ descēdissent in egyptū: reduxerat eos de⁹ eoꝝ in terrā promissam: cū placatus erat eis nemo poterat eis resistere: cū vo irritabāt eū flagellabat eos: q̄ deus eoꝝ erat odiēs iniquitatē. Nup aūt reduxerat eos in hierusalē ō seruitute nabuchodonosor: cui tradiderat eos ꝓpter pctā sua: ⁊ nūc obtinēt montana hec. Et addidit achior. perscrutare si deus eorum offensus ē eis: ⁊ poteris eos expugnare: alioquin non prevalebis eis.

Additio.

Tetrancmins erat cābises: artaxerxes: assuerus: nabucho.

B ¶ Et iratus holofernes dixit. Ut Jud.6. oſtēdā tibi quia non est deus nisi nabuchod. ex hac hora populo illorum socialiberis: vt cum illis pariter pess

Tunc ꝓcepit holofernes seruis suis: vt ducerēt eum in bethuliaz anteq̄z cāstrametatus fuerat. Cū q̄ traherēt eū fundibularij egressi sunt aduersus eos. Et timētes ligauerunt achior ad ariotem: et recesserunt. Fundibularij vero soluentes euz statuerunt eum in medio sentiozum ⁊ populi. Miserāt quidam de hierusalem in bethuliam duos sacerdotes: ⁊ principē ozīā de tribu symeon. Cumq̄ expositus set eis achior quare transmissus esset ab holoferne ad eos recepit eū ozias in domū suā. ¶ Factum B est autez vt holofernes inueniret Jud.7. ductuz aquarum que influebāt ciuitatem p̄ auiculas que ebibebāt aquaz de alueo

Additio.

Miruz videbatur q̄auicule in arido loco rostro terre infixo bibere videbāt et inde percepticuli: q̄b⁹ ciues furtiz vtebāt ad refocillā dū potius q̄z ad bibēdū. Et dixerūt amonite ad holofernē. Si vis eos obtinere sine bello ⁊ sanguine: appone fontib⁹ custodes. Et apposuit ⁊ fecit aq̄ ō cisternis p⁹. xx. dies. Et clamauit populus ad eos qui venerāt de hierusalē. Judicet dominus inter nos et vos. Melius erat nobis fuire holoferni q̄z siti perire. Et dixerūt sacerdotes. Sustineamus adhuc per quinq̄ dies

A Jud.3. A Jud.4. A Jud.5.

si forte faciet deus nobiscū misericordiā. ¶ Erat autē i ciuitate iudith vidua tribꝰ annis mulier pulchra nimis: fꝫ casta: de tribu rubē q̄ accitos sacerdotes reprehēdit eo q̄ tētassēt dñm: ⁊ terminū diex imposuissent mie eius. Et ait ad eos. Opus dei factura sum quod nō indicabo vobis. State hac nocte ad portas ciuitatis ⁊ ozias vobiscū: vt egrediar p manū vestrā. Cūq; illi abissent: orauit ad dñm dicēs. Dñe deus pr̄is mei symeō q̄ dedisti illi gladium in alienigenas dirige manū ancille tue. Nec cōmendauit factuz symeonis qō detestatꝰ est iacob: sed vltionē facta aduersꝰ p manus impij. Cumq; orasset tandē se ⁊ vnxit myxto optimo: ⁊ induit seveſtibus iocūditatis sue: ⁊ vocauit abrā suaz: id est ancillā. Uel ppriū nomē est ancille. Et imposuit scapule eiꝰ ascopā vini: ⁊ vas olei: ⁊ polētā ⁊ lapaces i. cibū olereꝰ cōfectū: et panes et cāseū: ⁊ profecta est. Et admirati sūt sacerdotes pulchritudinē eiꝰ ⁊ orauerunt p ea. Cūq; descendere montē tenuerūt eā exploratores: ⁊ duxerūt eā ad tabernacula holofernis: q̄ statiz captus est in oculis suis. Sedebat aūt holofernes in canopeo purpura ⁊ auro ⁊ gēmis ptexto: hoc est tericū reticulū muscarū: dictū sic a canopo oppido egypti in quo innētū est. Alij dicūt conopeū: qm̄ istar coni a lato ascēdit in sacutū. Et dixēt assyrij. Quis cōtēnet popnlū hebreoꝝ q̄ tā pulchras mulieres hz vt pro his merito pugnemꝰ ptra eos. ¶ Cūq; adorasset iudith: dixit ad eā holofernes. Cur placuit tibi vt ad nos venires. Que rñdit. Certū est q̄ in perditionē ibit populus noster: grauiter ei offendit deū suū. Uasa eiꝰ dñi impēdit p victualibꝰ alienigenis. Insup ordinātvt bibāt sanguinē pecorū suorū: quē lex dei omnio phibet gustari. Nā ⁊ fame ⁊ siti iā inter mortuos cō. putanť. Et misit me dñs hec ip sa anūtiare tibi qui dicet mihi qm̄ recedet eis peccatum suū: ⁊ tū veniēs introducā te vsq; in hierusalē: ⁊ habebis oēz populū sicut oues quib⁹ nō est pastor. Et ait holofernes. Si fecerit mihi hec deꝰ tuꝰ erit ⁊ deꝰ meꝰ. id est in numero deorū meoruz habebo eū ⁊ tu magna eris in domo nabuchodonosoz. ¶ Et fecit eā itro duci vbi erāt positi thesauri eiꝰ. Cumq; disponeret qō dare ei de comunio suo ait iudith. Ex his q̄ mecū detuli mādicabo: ne veniat sup me ira dei. Cui holofernes. Cum defuerint ista q̄d faciemus tibi? Que rñdit. Uiuit anima tua qm̄ nō expēdet omnia hec ancilla tua donec faciat deꝰ i manu mea hec que cogitaui. Petiitq; sibi dari copiā egrediēdi foras nocte ad adorādūdeū suū: ⁊ ita per triduū noctib⁹ exibat ⁊ baptizabat se in aquis: ⁊ orabat deū isrl. Quarto diefecit holofernes cenā fernis suis: ⁊ dixit ad vagaoeunuchū persuade hebree illi vt spōte psentiat mihi Fedū ē enī apō assyrios: vt mulier illudēs viro imunis trāseat ab eo. Et ait ad eā vagao. Non vereať bona mulier itrare ad dñz meū. Que rñdit. Quicq̄d illi placuerit hoc mihi erit optimū oīmibus diebꝰ vite mee. Et cū ornasset se fetetit aū facie holofernis. Qui iocūdꝰ factꝰ ē: bibitq; vinū quātū nūq̄s biberat in vita sua. ¶ Et cuz sero eēt festinaueť ad hospitia sua: ⁊ erat iudith sola i cubiculo. Porro holofernes iacebat i lecto nimia ebrietate sopitꝰ. Dixitq; iudith puelle suevt staret foras ad ostiū ⁊ obseruaret: ⁊ orauit cū lachrymis dicēs. Cōfirma me dñe deus isrl: ⁊ respice in hac hora ad opera manuum meaꝝ. Et soluit pugionez de columna q̄ erat ad caput lecti ⁊ percutiēs bis cernicem abscidit capud eiꝰ. ⁊ tradidit illud abre sue: ⁊ tollēs conopeū egressaeſt. Cūq; venisset ad portā ciuitatis clamauit. Aperite q⁹ nobiscū est deꝰ q̄ fecit virtutem in israel. Et occurrerūt ei oēs a minimo vsq; ad maximū cuz luminaribꝰ. ⁊ pferēs caput holofernis ⁊ conopeum ait. Cōfitemini dño q̄ dedit nobis victoriā in manu mea: ⁊ reduxit me imaculataz. Et vocatꝰ est achior ⁊ viso capite holofernis p panore cecidit in terrā: sed resumpto spū adorauit iudith. ¶ Que dixit ad pplm. Suspēdite hoc caput sup muros. ⁊ diluculo facite impetū in hostes. qui turbati p nece dñi sui vertent i fugā. Tūc achior circūcidit carnem pputij sui. ⁊ appositꝰ est ad populū isrl. Militq; ozias nūtios per ciuitates iude: vt egrederētur post eos. Porro egressi sunt hebrei mane: ⁊ dixerunt assyrij. Egressi sunt muros ō cauerinis suis. Cūq; itrasset vagao vt excitaret holofernez vidit cadauer sine capite. Et igressus tabernaculum iudith nō invenit eam. Et exclamauit ad pplm. Una mulier hebrea fecit confusionē i domo nabuchodonosoz. Ecce caput holofernis non est cum eo. ¶ Et turbati sunt valde fuge presidiū querētes. Et isequuti sūt eos filij isrl: ⁊ percusserūt eos vsq; ad extremitates finiū suorum. Per dies aūt triginta vix collecta sunt spolia assyriorū et vniuersa q̄ pecularia holofernis erant dederunt iudith. Joachim aūt summꝰ pōtifex venit de hierusalez cum vniuersis presbyteris ad videndū eā: ⁊ benedixerūt ei. ¶ Tūc cantauit iudith cāticum dño dicens. Incipite dño in tympanis ⁊c. Sup hoc canticū inuenis qō dicit hiero. sup psalmum

Additio.

Cultellum magnū q̄ ibat accinctus: sed intrās lectica appendebat ad colūnaz.

Additio.

Sile verbū habes i luca. c. xj. vbi legit. Pharisei quidā inuitasse dñz ad prāndiū. Pharisens āt cepit intē sere putās dicere: q̄ re nō baptisatꝰ esset añ prāndis.

Judith. 163

Dñe dñs noster. Qz cuz in hebreo legit nomē dñi geminatū sicut hic Adonay dñe deus. Primum est tetragrammaton: secundū vero nomen domini cōmune. In fine cantici ppheta uit ō die iudicij dicens. Dominus oīpotēs in die iudicij visitabit impios vt vrank in sempiternis. Post hec ascendit iudith in hierusalem cū populo.

Additio.

Tetragrāmatō i. quatuor literarū. Jo. the. vau. her. Sed his literis nō repsentāt elemēta illa q̄ ō his debēt repsentari sicut nos per. t. quando q̄z repsentamus sonum.

⁊ obtulerunt dño vota ⁊ reprōmissiones suas. Porro iudith vniuersa vasa bellicosa holofernis ⁊ conopeum obtulit in anathema oblionis: ⁊ solēnizauit omnis populus. Et diem hanc in numero sanctorum dierū receperunt vocātes cambisem scōz nabuchodonosoz. Et redijt iudith filia merari rubenite in bethuliā. Ex matre fuit de tribu symeō: ⁊ fuit i viditate omnibus diebꝰ vite sue. Et completis cv. annis mortua est ⁊ sepulta cuz viro suo manasse: ⁊ dimisit abram suam liberam: ⁊ planxit eā omnis populꝰ septem diebꝰ. Porro cambises ingressus est egyptum: ⁊ vastauit eam ⁊ abominatus religionē eius ⁊ cerimonias: tēpla deposuit ⁊ edificauit babylonez in egypto. Cūq; reverteretur ab egypto egrotabat: ⁊ ferebatur cernicibus regū. Et mortuus est in damasco.

Hic liber iudith explicit.

¶ De duobus magis ⁊ dario filio itaspis. Cap. ij.

Ex hiſtoꝛijs

Post cābisem vnus de septē magis q̄ indicabāt regnuz persarū crimeides nomine obtinuit regnū persarum ducens ⁊ alijs. panthei filiam cambise in vxorem simulans se non velle sibi regnare: sed conseruare regnum mergi fratri cābise: quia puer erat. Hunc tamen mergum cābises priꝰ occi-

derit

derat in penetralibus templi solo isto erineide cōscio hui⁹ sacrilegij ⁊ paricidij. Cūq; post septē mēses regni sui morere⁊ erineides: substituit sibi fratrē innenē elegātē forma ⁊ virib⁹: dicens hunc esse mergū cyri filiū: ⁊ cāvise fratrem. Hec aūt occultatio regū de facili fieri potuit in pside: qz ad regem nullus fere intrabat preter domesticos ei⁹. Un⁹ aūt de septē magis cepit illum habere suspectū. suspicās nō esse merguz. hic magus inter cōcubinas regis filiā habebat q̄ secreti⁹ loquēs cū ea monuit eaz vt de nocte attentius palparet caput regis: ⁊ deprehēderet vtrū auriculas haberet. Hunc em̄ fratrem erineidis quondā sibi offensuz cā bises mutilauerat auribꝰ. Cumq; puella deprehēdisset eū aures nō habere indicauit hoc pri. Qui cuz reliquis magis hoc indicasset conjurauerūt in eū: ⁊ occiderunt eū: ⁊ nō regnauerūt nisi p annū isti duo frēs. Postro septē magi cum tractarēt inter se q̄s eoz duceret filiā regis: ⁊ regnaret p eo cōplacuit eis vt tali vaticinio vn⁹ ex eis eligeretur. Dil uculo venirent sup eqs soli in atrio palatij añ fores tēpli: et cuius equus prior hinnitus daret: sm oraculū deorū rex cōstitueret. Erat vn⁹ eorū darius filiꝰ itaspis q̄ secreti⁹ loquēs cū custode equo rū suorū mādauit ei vt in loco ad quē in crastino conuenire debebāt equo suo de nocte suppōeret equā quo facto cum in crastino septem magi ad eūdē locū deuenissent statim ad eque memoziam equ⁹ darij hinnitū dedit: ⁊ sine cūctatione in regem sublimat⁹ est: ⁊ regnauitan no. xxxix. regni psarū. huic familiaris erat zorobabel. Cū em̄ iter dixisset cambises reedificationē tēpli: ascēdit ad eū zorobabel q̄ huius darij interuētū. tētauit animū regis mutare sz nō potuit: et tunc persuasit dario secreti⁹ vt voueret votū deo isrl. q̄ si eū regē faceret: restauraret ei⁹ tēplū ⁊ vniuersaya

sa dñi: q̄ adhuc erant penes reges persarū remitteret in hierusalem.

¶ De cōsummatiōe tēpli ⁊ zacharia ⁊ aggeo. Cap. iij.

A Um audisset itaq; zorobabel hūc regnare fiducialiter aggressus est reedificare templuz aggeo ⁊ zacharia exhortantibus populum. Qui predicabāt deum eis offensum: eo quod habitarent in domibus laqueatis: et domus domini esset desolata. Hoc autem signum ire dei esse dicebant quod seminabant multum: ⁊ inferebant parum. Principes vero regis psarum qui erant trās flumē interdicebant reedificationem. Cumq; respondissent seniores iuda q̄ deus suus hoc eis p̄ceperat cui nephas est cōtradicere. Placuit vtriq; vt res ad darium referretur. Et ascēdit zorobabel cū nuntijs principū ad regem ⁊ honorat⁹ est ab eo suprasq; sperareť. Nā in cubiculo regis dormiebat cum alijs duob⁹ cubicularijs. ¶ Postro darius rex cenam exhibuit satrapis persarum ⁊ prefectis indie ⁊ ethiopie et magistratibus. cxxvij. prouinciarum. Eadem nocte expergefactus noctem ducebat insomnē: ⁊ pposuit questiones tribus custodibus corporis sui: quod de tribus fortius videretur: rege scilicet vino et muliere promittens ei munera et honorem: qui sapientius respōderet In crastinū coram satrapis et magistratibus accesserūt illi tres. Et ait primus regē esse fortiorem cūctis. Cum enim homo presit ceteris animantibus: rex preest homini: ⁊ ad nutum eius omnia fiunt. ¶ Secundus autem pretulit vini fortitudinem: quia cum homo non presit ceteris nisi animi fortitudine vinum superat ipsam animi fortitudinem. ¶ Zorobabel vero mulierem fortiorem vtroq; asseruit. Nam ⁊ regib⁹ ⁊ eis qui vites plātant mulieres ⁊ vitam conferūt et alimoniā: ⁊ ad robur vsq; pducūt. ⁊ pro mulierib⁹ homines animas ponere

D Ibidez ponere nō timēt. ¶ Retulit q̄z sepe disse cōcubinā cuius dā regis: alapas regi imponentē. Cūq; illa risisset regē arridentē: ⁊ ea molesta regē molestatū. Sup hec oia vero ꝓitatē dixit esse fortiorē q̄ immutabilis est ⁊ sempiterna. Veritas em̄ dei oia creauerat. ⁊ ad ei⁹ pui dētiā orbis regebat: ⁊ nil ei resiste re poterat. Cūq; oēs indicassent fortiorē oibus esse ꝓitatē. dixit rex ad zorobabel: vt peteret ab eo q̄ vellet. Et postulauit zorobabel fieri tēpli reedificationē: et vasa dñi remitti in hierl'm. Et gauisus est rex. Nā idipm meminit sepe vouisse. ¶ Et scripsit pncipib⁹ suis p epistolā trās flumē: vt nullaten⁹ impedirēt iudeos: sed de sumptib⁹ regis iuuarēt eos dātes eis p singulos dies hostias: similā: vinū ⁊ sal: vt offerāt ea deo celi: ⁊ orēt p vita regis ⁊ filioꝝ ei⁹. Et addidit. Qui hanc mutauerit inssionē tollat lignū de domo ei⁹. ⁊ pūgat i eo. dominus aūt ei⁹ publicet. Ego darius statui decretuz q̄ studiose ipleri volo ¶ Remisit quoq; darⁱ⁹ vasa dñi p manuz zorobabel. Qui reditū faciēs p caldeam contribulibus suis regis mādata patefecit: ⁊ ascēderunt cū eo multi hierosolymā. Igit anno scdo darij mēse. viij. instabāt opi et cōpleuerūt illō anno. vij. darij. quierat. xlvj. reni psaꝝ sm q̄ dictū est in euā gelio. xl. et. vj. ānis edificatū est templū hoc. i. a pma licētia quā dedit cyrus redeūdi ⁊ reedifi

Additio.

De eodem etiā hiero. in quadā epla dicit. Q̄ cum maximū et pulcherrimū cōgregasset exercitū vna vice ascēdit cū paucis in tumuluz vt oēs cōspiceret et cepit flere. Et cuz quereret cur fleret cū potⁱ⁹ esset illi gaudēdum super tāto exercitu: respondit. Ideo fleo: quia nullus istoꝝ durabit viuēs post c. annos. sz erūt omnes pulvis ⁊ cinis.

Additio.

Hoc dixerūt incandi templum vsq; ad. vij. ānū darij quo ꝓsummatū est tot annoni fluxerunt. Et

E 2. esd. 6.

F 3. Est. 4.

E 3. esd. 4.

B. C 3. Est. 6

D Joā. 2.

E 3. esd. 4.

dei qñ dñs dixit. Soluite templū hoc. et iterū excitabo illud.

mortuus est aggeus ⁊ sepult⁹ iuxta sacerdotum monumenta.

¶ Conuenerunt autem filij israel ad dedicationem templi: et dedicauerunt illud mense duodecimo qui apud latinos martius dicitur. xxiij. die mensis. Et hec est secūda templi dedicatio vernalis. Et celebrauerunt filij israel phase secundum legem domini. De arca vero quomodo vel quādo receperunt eam incertum est. Sed si verū est quod epiphanius dicit eam vsq; ad iudicij diem non esse egressurā de latibulo petre. certum est q̄ hebrei instar prioris edificauerūt alteram. Nā inter manubias: quas tulerunt romani de iudea: legunt trāslata arca domini cū delabrū ⁊ mēsa. Et mortuus est zacharias in senectute bona. ⁊ sepult⁹ iuxta aggeū. Postro darⁱ⁹ cū discessisset ab eo egyptus mortuus est.

Additio.

Tres legunturtēpli dedicationes. vna facta a salomōe post cō summationē tēpli ab eo facti. Et hec est facta in septembri. sicut habes in libro regum anno xj. regni salomonis. Secunda legitur hic facta in vere sub dario zorobabel autore. De tertia legitur q̄ facta fuerit per iudā machabeum: q̄ devicto antiocho epiphane dedicauit templum adeo immundatum ⁊ desolatum ab eo vt etiā fructices in eo pullulasse dicant. Et dicitur fuisse encenia tum. xx. die decembris. hec dedicatio stetit in posterum: de qua dicitur in euangelio. Facta sunt encenia in hierosolymis ⁊ hiems erat.

B 3. reg. 6

C 2. Macha. 10.

¶ Incidentia.

C Joā. 10

¶ Rome post exactos reges primum pules a bruto esse cepernnt ⁊ vix vsq; ad quintumdecimū lo-

⁊ iij pidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pidē roma tenebat iperiū. Inde tribuni plebis ⁊ dictatores ⁊ rursum consules rēpublicā rexerūt vsq; ad iulū cesarē. Pitagoras mortuus est Rome populus a patribus facta seditione discessit.

Additio.
Miliaria terminis lapidum distinguunt: ⁊ nō plus tunc ptendebāt romanū imperiuz q̄ xv. miliaria.

¶De Xerxe. Capitulū.iij.

POst dariū Xerxes filiꝰ eius successit ei in regnū: q̄ pater nevolūtatis honorādo deū heres apparuit eo tpe princeps fuit sacerdotū eliachim siue ioachim filius iesu: ⁊ erat in iudea cura rerū gerendaz penes sacerdotes: que prius sub regibꝰ ⁊ iudicibꝰ fuerat. Recepit aūt xerxes egyptū que a pte descesserat ⁊ gram vastauit. De cuius fortitudie multa refert grecorū hi-

Additio.
Nō determinat hic q̄to tpe rexgnauerit xerxes

storia. Sub hoc dicit iosephus esdrā venisse in iudeā. sz sub artaxerxe ipse dicit seipsum venisse. Post xerxem regnauit artabamus menſibus septem.

¶Incidentia.

¶Eo tpe natus est socrates Lapis: habēs formā caprinā in egeum mare de celo cecidit.

¶De Artaxerxe ⁊ Esdra. Ca.v.

POst hec Artaxerxes q̄ et lōgimanꝰ dictꝰ est regnū psarū obtinuit. Eo tpe esdras aaronita legē succēsz a chaldeis reparauit. Nouos q̄z apices literaz excogitauit qui faciliores ad scribendū fierēt: ⁊ ad pnūtiandū: ⁊ ppteres velox scriba dictus est.

A Nec est mirandū si p spīnsanctum
1.esd.7 libros repauit: cū plures in diebꝰ nostris psalteriū ⁊ librū hymnoz ⁊ plures libros hmōi deletos scirent reparare. Addidit etiaz quedā de suo sicut titulos psalmoz: ⁊ plura que legunt in pētateucho. Sicq; fiūt e est quedā que superflua itellerit ipz subtraxisse tradūt etiā quidā modus scribēdi a dextra in sinistrā enim iudeis tradidisse: cū prius ad modū arāmū. scriptitarent. Uñ ⁊ scriptura exaratio solet dici. Scribebāt aūt a sinistro cornu in dextrū: ⁊ a dextro redeūdo scribebant in sinistrū.

Additio.
Quidā tradunt Esdrā fuisse iosedech p̄ez iesu vel malachiam.

Additio.
Forte p illū modū scribēdi pfigurauit spūssanctus idipsuz qđ modo significatur in missa per trāslationē libri ō dextera i sinistraz. ¶Porro esdras inuenit graz i oculis artaxerxis: ⁊ petiuit ab eo licētiā ascēdēdi ihierusalem vt in lege quā repauerat populū suū eruditet. Dedit ergo ei rex licentiā redeūdi: ⁊ tradidit ei epistolā ad principes suos trās flumē: ⁊ ad custodes arce: publice: vt traderēt esdre absq; mora quecūq; peteret ab eis vsq; ad argēti talēta centū ⁊ ad frumenti chozos. c. ad batos olei. c. sal ño fine mēsura. Ministros ño templi sacerdotes leuitas: cantozes: ianitozes: ⁊ nathineos: abomi vectigali tributo ⁊ annonis absoluit. Dedit q̄z esdre ptātem amonendi et pstituendi iudices ⁊ pīsides trans flumen pm sapientiā suā: ⁊ puniēdi contumaces: siue in mortē siue in exiliū: siue in pdemnationē substantie. vel certe in carcerē. Hanc epl̄am esdras legit iudeis in babylonia pstitutis. Exēplū ño eius misit ad filios israel q̄ erant vltra montes caspios: ⁊ venerunt de eis ad esdrā sacerdotes ⁊ leuite de nathineis. ccxx. Et fuerūt cū eo mille et

le ⁊ septingenti. Et egressi sunt anno. vij. regis artaxerxis de babylonia: primo die primi mensis: et cōuenerūt ad fluuiū q̄ decurrit ad auua. Josephꝰ dicit iuxta euphraten. Et pōt esse auua fluuiꝰ decurrēs in euphratē vel euphratē fluuius. Et māserūt ibi tribꝰ diebꝰ: et pdicauit eis esdras ieiunū: vt affligerēt se corā dño: ⁊ peterent ab eo vitā rectā ⁊ securā. Erubuit em esdras petere a rege ducatū i vis dicēs. Manꝰ dei nostri est sup oēs qui querūt eū. Et sepauit esdras de sacerdotibꝰ. xij. q̄bꝰ cōmisit vasa dñi ⁊ munera q̄ mittebat rex in hierl̄m ⁊ pncipes eius ⁊ ppl̄s. Et venerūt in hierl̄m mēse quinto: et siluerunt tribꝰ diebꝰ. Quarta die obtulerūt in domū dñi que secum tulerūt offerētes holocausta i gratiaz actionē: dederūtq; epl̄am regis ducibꝰ trans flumē: qui honorauerunt populū dei ⁊ domū dei: tunc accesserūt ad esdrā pncipes israel dicētes. Nō est sepatus populꝰ israel a populo terraz. Tulerunt em de filiabꝰ suis sibi et filijs suis vxores. Manus q̄z sacerdotū ⁊ principū ⁊ sacri seruoz in hac inuenit trāsgressione. Tūc scidit esdras vestimēta sua: ⁊ siens ⁊ orās iacuit in terra vsq; ad sacrificiū vespertinū. Tūc accesserūt ad
A eū principes dicētes. Surge tuuz
3.Esd.9 est discernere qđ agamus. Manꝰ nostra erit tecū. Tūc adiurauit esdras sacerdotes: principes ⁊ leuitas: vt pjcerent vniuersas vxores alienigenas: ⁊ eos qui de eis nati erāt. Et missa est vox ad oēs filios trasmigratiōis: ⁊ conuenerūt in hierusalē in tertiū diē mēse nono qui decembris apud latinos vz. xx. die mensis. Et surgēs esdras crimina dat illos q̄ legē dei semē sanctū cōmiscuerāt semini incircūcisorū: opus esse vt abiūcerēt vxores. Et dixit multitudo. Populus multꝰ est: ⁊ tps pluuie ⁊ nō sustinemꝰ stare foras: ⁊ opꝰ hoc nō est diei vnius vel duoz. Elige tibi principes et transi p vniuersum israel: ⁊ apud quoscūq; inueneris mulieres alienigenas eijce eas incūctāter. Et inuente sunt in hierl̄m pmo apud filios iesu filij iosedech ⁊ frēs eius: ⁊ statim iecte sunt nec em credēdū est iesum magnū sacerdotē habuisse alienigenaz. Et q̄ visus est zacharias sordidis vestibꝰ indutꝰ ad filios eius referendum est. Uel q̄z cū pontifex esset populū nō arguebat. Idipsum fecerunt per vniuersum israel: ⁊ offerebat vnusq̄sq; apud quē inuēta erat hec trāsgressio arietē p declinatione pcti.

¶De Neemia. Capitulum. vj. Hec sūt pra fūt delibro neemie

ET factū est in anno vicesimo regis artaxerxis. Erat pincerna regis, neemias de filijs captiuitatis. Qui dū esset in susis castro audiuit peregrinos habitare loq̄ntes: ⁊ accedēs scisciatꝰ est ab eis de statu iudee ⁊ hierl̄m: ⁊ accepit ab eis vrbez esse sine muris: et habitare in ea populū dei in afflictione. Nā p dies sustinebant hostiū impetus: ⁊ noctibꝰ intrabant latrūculi: ⁊ plateas implebant cadueribus occisoz. Et fleuit neemias ⁊ cibū desiderabilē non gustauit: nocte ⁊ die clamās ad dñz: Cūq; staret in mēsa ⁊ leuaret vinū regi: apparuit quasi lāguidus añ eū. Et ait rex. Quare tristis es gō A
ve malū latet in corde tuo. Et rñ- Nec.2.
dit tremens. Q̄r ciuitas sepulchri patrū meoz deserta est. Si bonuz tibi videt mitte me et reedificabo eā. Et ait regina que sedebat iuxta regē. Qñ reuerteris? Et cōstituit ei tps reuertēdi. Nec fuit hec regina hester vt q̄dā tradiderūt. Nec in diebꝰ esdre historia illa occurrit. Nō em esdras in volumine suo siluisset. Et dedit rex neemie epl̄am ad pncipes trans flumē. In qua mādauerat de honore exhibēdo neemie tanq̄ duci ⁊ legato misso a latere eius: ⁊ impēdijs vrbis reedificande. Et misit cū eo pncipes militū ⁊ eqtes: et trāsitum faciēs p babyloniā: multos de fi-

ūs captiuitatis secū reduxit: ⁊ venit in hierl̄z. xxv. anno regis artaxerxis ꝺz ioseph̄i. Porro in hierusalē summus erat sacerdos heliasphat filiꝰ heliachim. Et siluit nec mias trib⁹ diebꝰ: ⁊ nocte ꝓsurgēs cū paucis circū ibat ruinas muroꝝ: ꝑsiderans quaꝛ reedificari posset. Quarto die locutꝰ est neemias ad mlt̄itudinē. Uenite reedificemus muros hierl̄z ⁊ nō simus vltra in opprobriū gētibus. Manus enī dei nobiscū est: verba regis que locutus est mihi.

Additio.

Ab hac reedificatōe itelligēda est ꝓpitatio anꝺ noꝝ q̄ in mult⁹ in ꝓphetia danielis supra. viij. vi sione scito ergo ⁊ aduerte.

¶ De reedificatiōe hierl̄z. ca. vij.

A Nec. 3. ET surrexerunt sacerdotes ⁊ edificauerūt portā gregis. Alia trāslatio hz edificauerūt portam ⁊ ꝓbaticā piscinā. Hec est porta iuxta templū ꝑ quā inducebantur greges ad offerendū. Hec alibi turris gregis ōr. Fuit aūt altera turris gregis in via bethleem: vbi iacob panit pecora sua ⁊ pastores vigilātes sup gregē suū viderunt multitudinē militie celestis. Scōo filij asanaa edificauerunt portā piscium: ⁊ statuerūt valuas eius ⁊ seras ⁊ vectes. Hec respicit ioppen ⁊ diapolim: ꝑ quā inferebāt copia piscū. Hec ītm ioseph̄o postea dicta est porta dauid. Tertio edificauerūt portā veterē pigmētarij ⁊ aurifices. Uestigia enī istius erāt in diebus iebuseoꝝ et melchisedech. Quarto portā vallis q̄. ſ. in vallē ducebat iosaphat edificauerūt filij zaꝛloe. Quinto edificauit portā ſterq̄linij micheas ꝓceps vici bethacarem. Per hāc portā sordes ciuitatis effluebant inū dantibꝰ flumīs in torrentem cedron. Sexto edificauit porta fontis ꝑceps pagi maſphat: ⁊ muros piscine ſyloe. Muros aūt inter portas edificauit ꝓpl⁹ ꝑ vicos ⁊ ciuitates vnuſq̄sq̄ ꝺz possibilitatem suā. Nec te moueat si alia nota porta ꝓ inuenias: q̄ forte in interiori muro facte sunt: cū aliqua de ꝓdictis alia postea sortite sint vocabula. Nā porta negotiatoꝝ forte porta est gregis i qua negotiatores ergaſteria sua posuerāt ob tēpli vicinitā. Sed ⁊ porta iudiciaria potuit eē porta vet⁹: q̄ in frōte ciuitatis ꝑ eminebat. Porta ꝑo aquaꝝ potuit esse porta fontis. Porta vero equoꝝ nō fuit porta ciuitatis ſz statuta erat ante atria templi: vsq̄ ad quā ascendere in equis licitum erat. Porro neemias cū ſnis suis iſtabat operi nec somno ac cibo suauiter vtebatur: sed sub necessitate. Et consummatū est opus ꝑ annos duos ⁊ quatuor menses: licet in multa angustia ⁊ plurimis impedimentis. Primo enī finitime nationes in manu forti aggrediebant eos. Neemias ꝑo mediā ptē ppl̄i armatā statuit extra ciuitatē vt sustinerēt impetꝰ aggrediētū. Altera ꝑo media ps edificabat: vna manu ponētes lapidē: altera gladiū tenētes. ¶ Porro scōm inter nemit impedimentuz. Fames enī orta est in terra: ⁊ obligauit se populꝰ debito sub vsuris: ſz ⁊ agros ⁊ vineas ⁊ oliueta vendere cōpulsi sunt tādē ēt filios ⁊ filias venūdare in seruos ⁊ ancillas. Et quocata multitudine cōpulit Neemias ditites ⁊ magistatus remittere vsuras: ⁊ restituere vineas ⁊ seruos ⁊ agros ꝗs emerāt: ⁊ excutiēs sinuz suū dixit. Sic excutiat deꝰ oēz viz q̄ nō cōpleuerit ꝓdū hoc. Et dixit vniuersa multitudo amē: ipse q̄z annonas q̄ regi debebant ꝓdonauit. Qui cū duꝝ missus esset a regē ānonas q̄ ducib⁹ debebāt nōmedit a ꝓma die q̄ egressus est: regeq̄ vsq̄dū redūt adeū. ¶ Preterea tertiū hūit ipedimētū ꝙ ꝓnis pestrās flumē q̄ lnidebāt ei corruperūt mūerib⁹ q̄ sdā senioꝝ q̄ erāt i hierl̄m vt eū morti traderēt. aū cū neq̄rētvarijs eū terrebāt rumoribus: vt sic ab opere cessarent ditentes. Multi cōiurauerūt aduersum te vade ⁊ abscondere ab eis. Rursumq̄ aiebant. Delatū est ad regem q̄ velis rebellare: et facere te regē in iudea. Noli exasperare dūm tuū. Cūq̄ multa fingerent in hūc modū nō preualuerunt: quia manus domini erat cum eo.

Nec. 4

Nec. 5

Nec. 6

¶ De inuentione ignis. Cap. viij.

POstq̄ aūt edificatꝰ ē murꝰ: ꝙrari erāt habitātes i hierusalē: ꝓcepit neemias vt clauderenḳ portę ante solis occasum: necaperirenḳ añ calorē solis. Cūq̄ imineret mēsis septimꝰ q̄ fere totꝰ apō eos solēnis ē ꝓuenerūt in hierl̄m q̄si vir vnus. Et accepit neemias q̄ nō habebāt ignem de sublimi Traditūq̄ est ei a senioribꝰ q̄ hieremias in diebꝰ captiuitatis absconderat stipites altaris ⁊ ꝓnas in inferioribus terre in valle iosaphat. Cūq̄ veniſſent ad locū: eruderauerūt puteū ⁊ inuenerūt stipites ⁊ ꝓnas ⁊ aquā crassam tollētes ea sup ſtruē lignoruz ⁊ hostias q̄ erāt sup altare ꝓcerunt: ⁊ erupit ignis. Et appellauit neemias hūc diē nephar q̄s interꝑtaī purificatio. Alij dicūt nephi. Et otabāt sacerdotes ionatha incḥoāte: ⁊ ceteri respondētibus

A Nec. 7. D E t. ma. 1

Additio.

Neemias quoq̄ specialez edidit orationem.

Nota q̄ hoc q̄ ḥ dicitꝰ magistratū ē sub neemia: ſcz otabant sacerdotes ionatha incḥoāte ⁊c. Ro. eccl̄ia in quadā epl̄a in q̄dā die ieiunij dicit factū tpe machabeoꝝ intitulās epistolā lectio libri machabeoꝝ: qui fuerūt longe post neemiā: ⁊ ita videt q̄s hic ꝺz ꝙd esse eccl̄ie. Solueṫ q̄ sic: q̄z cuz scōs liber machabeorū de q̄ sumit illa epl̄a non sit historie ꝓsecutio: ſz tm̄ epl̄a q̄daz missa a iuda ⁊ senioribꝰ ad alios iudeos dispersos tm̄ a iuda illis dispersis: ⁊ hoc factū notificat et festinitas nouiter instituta celebrā

da mādat nō principal⁹ erat rat.

¶ De obseruatione tabernaculorum. Cap. ix.

A Nec. 8

PRoꝛro ꝓx die scenophegia rū dixerūt esdre vt afferret libꝝ legis ⁊ legeret cōrā populo. Stetitq̄z esdras sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū in rta portā aquarū. i. portā atrij sec⁹ quaz erāt luteres ⁊ legit de mane vsq̄z ad mediū diē. Leuite ꝑo duodecim silētū faciebāt i ppl̄o. Flebat aūt ois populꝰ: ⁊ dixit ad eos esdras. Nolite ꝓtristari: q̄z sctūs dies dñi est. ſz ite comedite pinguia: ⁊ bibite mulsum ⁊ date ꝓtes eis q̄ nō ꝑparauerūt sibi. Cūq̄ redūssent in diē scōm inuenerūt i lege ꝓceptuz esse a dño vt habitent filij isrl̄ ⁊ tabernaculis mēse septimo in die solēni. Et mādāte esdra egressi sūt. ⁊ tulerūt frōdes olive ⁊ ligni pulcherrimi myrti ⁊ palmarū ⁊ fecerūt sibi tabernacula i atrijs ⁊ domatibus suis: ⁊ i atrijs domꝰ dñi q̄ nō fecerāt a diebꝰ iosue filij nun. Et obseruatū est deinceps i isrl̄ vsq̄z in hodiernū diem. Die ꝑo octauo fecerūt collectā inxta ritū: flatuētes vt q̄sq̄z daret tertiā partē sicli p annū ad oleū ⁊ panes ꝓpōnis ad ligna ⁊ sacrificia sempiterna: in diebꝰ festis ⁊ ꝑ pctō. Die vero. A xriij. q̄z audierāt i lege: amonitos Nec. 9 et moabites nō intrabūt eccl̄iam dei: seꝑauerūt ab eccl̄ia alienigenas: ⁊ in mūdatione sua statuerūt in crastinum gñale ieiuniū: vt affligerēt alas suas hoies ⁊ iumēta vsq̄z ad pueros septēnes ⁊ ꝓnerunt octies ad audiēdā legem. quater in die ⁊ quater i nocte. Lectione terminata ꝓsternebāt populꝰ ad oraōnū ⁊ fiebant ꝓces sup eū ⁊ tandē bñdictio sacerdotalis. Beda.

Ex his vt dicit beda: eccl̄ia trahit exemplū. Nam ⁊ supra gradus legitur ⁊ leuite proclamationes faciunt in populo ⁊ octies conueniūtur ad eccl̄iā ⁊ si non penitus eo modo quo illi. Semel enim in nocte surgimus ad nocturnos: ſm il

lud

lud. Media nocte surgebã ad confitẽdũ tibi ꝛc. In die ꝙo septies psallim⁹ ꝑm illud: septies in die laudẽ dixi tibi. Singlis aũt horis legit lectio quã capitulare dicim⁹ post ꝗ psternit ad ꝓces in dieb⁹ pfestis ꝛ subdit oro ꝓ benedictione.

Ps.118

¶ De edificatione muri et obitu Neemie. Cap. x.

Nee.10

PRo ro neemias videns vrbẽ fere vacuam factam habitã tib⁹: rogauit optimates vt habitarent in hierlm: ꝛ bñdixit eis qui se spõte obtulerũt. Reliqua ꝙo multitudo misit sortẽ: ꝛ decimũ caput

Nee.11

fecit habitare in hierusalẽ. ¶ Post aliqͦ tps cõgregati sũt in hierlm ad dedicationẽ muri: ꝛ ascenderũt sacerdotes ꝛ leuite cantores cum musicis instrumẽtis: ꝛ psallentes incedebãt ꝓ murũ. Esdras ꝙo precedebat neemias ꝛ optimates cuz eo sup alterã partez muri incedebãt psallentes. Reliqua ꝙo multitudo sequebat eos sup terrã: ꝛ ducebant choros. ¶ His expletis rediit neemias ad regez in perside: anno scõo. ꝛ xxx. regni sui: ꝛ mortuus est esdras in senectute venerãda ꝛ cũ mꝛta liberalitate sepultus in hierlm. Hunc quidã hebreorum autumant fuisse malachiam. Sed malachias post regressuz captiuitatis natus est in iudea in sophis. Quez qꝛ vite optime fuit et aspectu decorus ppls appellauit malachi. i. angelũ. Tradunt etiaz q⁹ ꝙ pphetice dicebat eadẽ die angelus dei apparens iterabat. Et mortu⁹ est dũ adhuc inuentꝰ eẽt. ꝛ sepult⁹ in agro suo. Porro circa finẽ dierũ suoz rediit neemias in hierlm ex beneplacito regis: et intellexit mala ꝙ fiebãt in ea. Sacerdotes nãqꝫ in dieb⁹ vicis sue non habitabãt in gazophilatiis circa tẽplũ: sed in domib⁹ ꝓpꝛijs cũ oi domo sua: ꝛ custodiã vasorum dñi posuerãt in domibus sequestratis a tẽplo. Et edificauit de ꝓpꝛio gazophylatia i quibus excubabant sacerdotes: ꝛ reponebãtur vasa.

Ultra bibliaz hecsũt.

Preterea inuenit ppꝛm calcantes torcularia in sabbato ꝛ inferẽtes in hierlm vinũ ꝛ vuas ficus et oẽ onus. Gentes quoqꝫ inferebãt pisces ꝛ venalia ꝛ vẽdebant in sabbatis filijs inda. Et obiurgauit optimates dicẽs. Cur ꝓphanatis die sabbati ꝛ inducitis iram dei super israel: ꝛ sup ciuitatez hanc. Et adiurauit eos de custodia sabbati: ꝛ ꝓcepit claudi portas in sabbato: ne intrarẽt negotiatores: ꝛ mãserunt extra hierusalem semel et bis. Et contestat⁹ est eos neemias ꝙ si deinceps venirẽt manũ mittere in eos ꝛ recesserunt. ¶ Et fecit neemias in hierlm bibliothecam ꝙgregãs libros de regib⁹ ꝛ libros ꝓphetaꝝ: ꝛ dauid ꝛ epꝛas regũ. ꝛ de donarijs ꝛ ꝙ his oib⁹ q̃ fecerat orauit neemias ad deum dicens. Memẽto mei deus me⁹ in bonuz. Hucusqꝫ sumpta est series hystorie ab annalibus hebreoꝝ. preter hester. Que ꝙo post hoc apõ iudeos gesta sunt: de scriptis iosephi et aphricani exhibẽt/ ꝛ de libro machabeoꝝ quẽ quidam ab hebreis scriptũ autumãt: quidã a grecis. Et mortuus est neemias vir benignus ꝛ sepultus iuxta murũ quez edificauerat. Post artaxersem regnauit xerses duob⁹ mẽsib⁹. post quẽ sogodian⁹ mẽsibus. vij. Post quez regnauit dari⁹ cognomento nothi⁹ sub ẽgypt⁹ recessit a ꝑsis.

Nee.13

¶ Incidentia.

¶ Ea etate solis defectio fctã est ꝛ ignis de ethna erupit. Plato natus ẽ: hypocrates medic⁹ clarnit: dionysi⁹ in sicilia tyrãnidem exercuit. Post darium regnauit artaxerses: qui cognominatus est mẽnon darij ꝛ parasitidis filius. hic ab hebreis ꝛ assuerus. Sub hoc hystoria hester conscripta est.

¶ Sequuntur tituli capitulorum in hystoriam hester.

¶ De hester. Cap. j.
De ocho. ca. ij.
De dario filio arsami. ca. iij.
De alexandro. ca. iiij.
De reclusione

De reclusione decem tribuum et morte alexandri. ca. v.
De ptholomeo sother. ca. vj.
ꝯ ptholomeo philadelpho. c. vij.
De euergete. ca. viij.
De philopatre. ca. ix.
De seleuco. ca. x.
De antiocho epiphane. ca. xj.

¶ Incipit hystoria libri hester.

Capitulum. j

Prefatio.

IEzrũ hester transtulit hieronymus ad petitionẽ paule et eustochij de hebreo in latinũ: ꝛ qꝫ in greco corruptus erat ꝓ varias editiones: reuocauit eũ de archiuis hebreoꝝ ꝛ diligẽter trãstulit de ebo ad verbũ. Regnauit assuerus ab india vsqꝫ ad ethiopiã sup. c. ꝛ xvij. puincias: ꝛ erat in susis ciuitate solij regni ei⁹. Tertio igit anno imperij sui fecit grã

A hester.

de cõiuiũ cũctis ꝓcipibus suis ꝛ inclytis puinciaruz: coram se. c. et lxx. dieb⁹ i domo illa mirabili: de qua legit in hystoria alexãdri: cuius colũne erãt argẽtee: tectũ instar firmamẽti cõcameratũ: hũs gẽmas diuersi coloris: in figuraz sideruz ꝛ signoꝝ dispositas. Post hos dies cõiuiũ mutauit omnẽ ꝓpꝛm q̃ erat in susis: ꝛ discubuerũt extra domũ septẽ dieb⁹ in vestibulo horti delitiarũ. In horto erat vinea habẽs vites argenteas: et palmites aureos: ꝛ botros ex varietate gemmarũ distinctos. Super cõiuiãtes extẽsa erãt tẽtoria q̃ appẽdebãtur colũnis argẽteis et marmoreis eburneis circulis: inserta funib⁹ byssinis atqꝫ purpureis. Lectuli quoqꝫ aurei ꝛ argẽtei dispositi erãt sup pauimentũ: smaragdino et pario stratum lapide. Bibebãt aũt oẽs ꝛ laureis poculis vinũ ꝑcipuũ ꝛ abũdans: nec erat q̃ nolẽtes cogeret ad bibẽdũ: iz id moris eẽt apud ꝑsas. Vasthi quoqꝫ regina fecit conuiniũ feminarum in palatio regis. Die autẽ septimo cũ rex incaluisset mero ꝑcepit septem ennuchis vt introducerẽt reginã in decore suo: vt ostenderet oibus pulchritudinẽ illi⁹. Que ad iperiũ regis venire cõtẽpsit. Et irat⁹ rex questuit a septẽ sapiẽtib⁹ qui videbãt facie ei⁹: cui sentẽtie vasthi subiaceret. Et rñdit mãucha. Nõ lesit te solũ vasthi: sed ꝛ oẽs viros regni tui. Nã eius exẽplo mulieres parui pẽdẽt imperia viroꝝ. Egrediat aũt edictũ a facie tua vt vltra vasti nõ ingrediat ad regez. sed altera melioꝛ regnet ꝓ ea. Et exijt edictũ in oẽs puincias ꝓ epistolã regis. ¶ Et direxit pueri regis ad eũ. ¶ Querãt regi puelle ꝙgies speciose: ꝛ tradãtur aggeo eunucho ad custodiã: ꝛ accipiant mũdũ muliebre. i. vestes: ꝛ cultꝰ ꝛ ornat⁹. Uñ ꝛ ministros taliũ mũdiburdos vocam⁹: ꝛ q̃cũqꝫ oculis regis placuerit regnet ꝓ vasthi. Placuit sermo regi: ꝛ iussit hoc fieri. Erat tũc in susis iudeus vocabulo mardoche⁹: ꝛ tribu gemini q̃ descẽderat de trãsmigratiõe iechonie. Hic erat nutrit⁹ filie fratris edisse: q̃ ꝛ hester vocabãt: quã ozbatã vtroqꝫ parẽte mardoche⁹ adoptauerat in filiã. Hec inter ceteras tradita est eunucho nec indicauit popnlũ suũ. Sic em̃ mandauerat ei mardocheus. ꝛ inueni gratiã in oculis eunuchi: ꝛ accelerauit ei cultum muliebrẽ et dedit ei septẽ puellas: vt eã ozyarẽt ꝛ excolerẽt. Porro ꝛgines per sex mẽses vngebãtur oleo myrtino: ꝛ alijs sex ꝙbusdã pigmẽtis et aromatib⁹ vtebant: vt post annũ ingrederent ad regẽ: ꝛ q̃ vespe ibat egrediebat mane nec poterat redire nisi rex ex nole iussisset eã venire. Mardoche⁹ aũt ꝛsabat in vestibulo dom⁹ regie curã agẽs salutis filie. Tãdẽ iſtabat dies q̃ hester filia abiei intrare debebat ad regẽ: nec q̃siuit ab aggeo cultum muliebrẽ sz posuit i uolũtate ei⁹ q̃ tenebat puellis dare q̃cũqꝫ petiissent. Et intrauit ad regẽ ano septimo regni

A Hest. 2.

mo regni ipsi⁹ mēse.x.q̄ hebraice
dr thebet:latine iannari⁹ ⁊ inuenit
gratiā apd regē:⁊ fecit eā regna
re pro vasthi. Et celebrauit nu-
ptias p mēsem:⁊ mādauit p eos
q̄ aggari dār.i.cursores requiē i
vniuerso regno p tps nuptiaruz.
mardoche⁹ āt q̄ frequēti⁹ morabat
in babylonia vñ ⁊ adducta fuerat
hester:trāstulit se in susis. Eo tpe
trati sūt regi duo eunuchi tanto
res et machinabanť vt occideret
regē. Qd nō latuit mardocheū:et
idicauit hester:⁊ illa ex nole mar
docheidetulit ad regē. Quesitūq;
est ⁊ inuētū:⁊ appēsi sunt in pati
bulo. Et traditū est cozā rege i an
nalib⁹:i qb⁹ reges accidētia tpis
sui redigebāt. ¶ Post hec assuer⁹ A
exaltauit aman amalechiten qui hest.3.
erat de stirpe agag quem samuel
trucidauit⁊ adorabāt eū seruire
gis pter mardocheū:q̄ ppter pa
trias leges cozā eo genu nō flecte
bat. Qd attēdēs aman indignat⁹
est ⁊ accipiēs eū hebraeuz esse ait.
Perse liberi flectūt genua. Hic āt
seru⁹ dedignat. Et disposuit pde
re indeos q̄ erāt in regno assueri
veteri mor⁹ odio:q⁹ indei delene
rāt amalechitas. Duodecio itaq;
anno regni assueri:mēse pmo mis
sa est sors in vrnam q̄ hebraice dr
phur cozā aman quo die⁊ q̄ mēn-
se gēs indeoz deberet interfici:⁊
exiit mēsis duodecim⁹. Tūc ait
amā ad regē. Inest regi seruare
pacē. Nouerca aūt pacis ē dis
similitudo. Est em̄ gens in regno
tuo dissimilis ceteris:nouis vtēs
legib⁹:i sup ⁊ regi scita ptēnēs. Ex
pedit tibi vt nō i solescat:decerne
q̄ vt pereat. Et ne dispēdiū sentias
i tributi decē milia talēton appē
dā arcarijs gaze tue. Tulitq; rex
anulū q̄ vtebat:⁊ dedit illū amā
dicēs. Argētū tuū tibi sit:ad pplo
lege qd tibi plz. Tūc scripsit amā
ex nole regis lras anulo regi desi
gnatas i oēs puincias:vt occide
renť indei a puloru sexu ad senē:et
bona eoz diripi. rēť. xiij. die mēsis
xij. Statimq; in susis pepēdit edi
ctū. Qd cū legissent iudei fleuerť.
¶ Sz ⁊ mardoche⁹ idut⁹ ē sacco:
⁊ aspsus cinere magna voce ciula
bat pte forib⁹ palatij. Nō em̄ tas B
erat idutos sacco itrare palatiū. hest.4
Qd cū accepisset hester:pternata
est:⁊ misit ei vestē q̄ idut⁹ intraret
ad eā:quā accipe noluit:sz sciuit
ei p eunuchū cām fler⁹ ⁊ exemplar
edicti q̄ pdebat in susis misit ei
monēs cāvt ītraret ad regē:⁊ sup
plicaret ei p pplo suo. Que rñdit.
Iō.xxx.dieb⁹ nō sum vocata ad re
gē:⁊ decretū est:vt q̄ nō vocat⁹ ac
cesserit moriatur:nisi forte rex au
reā ȳgā ad eā extēderit rursumq;
mardoche⁹ ad eā. Quid scis vtrū
idcirco ad regnū veneris:vt i tali
tpe pararis. Si nūc silueris per
alū liberabit dūs pplm suū:⁊ tu
dom⁹ pris tui pibiť. Tūc mādau
it hester mardocheo:vt oēs iu-
dei q̄ erāt i susis p triduū ieiunarēt⁊ orarēt p ea:sz⁊ ipa ieiūauit.
¶ Die āt tertia iduta regalib⁹ste B
tit i atrio dom⁹ ꝺ basilicā regi cū hest.5
duab⁹ puellis:ꝺ ipa ingrediebāť su
stinebat altera fcīns lōgitudinē
vestis summis digitis deportabat.
At rex sedebat supra solū ꝺ ostiū
dom⁹. Qui cū respexisset eā torno
vultu collapsa ē. Cūq; vidisset he
ster lapsam:placuit ei:⁊ extēdit ꝺ
eā aureā ȳgā. Que ꝺ surgēs⁊ acce
dēs:osculata ē summitatē virge:⁊
ait rex. Quid vis hester. Quidq̄
petierꝫ dabo tibi. Que rñdit. Ob-
secro vt veniasad me hodie⁊ amā
tecū ad conuiuiū. Et surgēs vēit ad
eā. Et fouēs eā gremio: ꝺ solabat
dicēs. Noli timere p subditꝫ lex
data ē:tu ꝺ mihi cōregnas. Ue-
nerūtq; ābo ad conuiuū regine. Cū
q̄ bibisset abūdāter ait. Pete qd
vis hester:⁊ impetrabis. Que rñdit.
Obsecro vt vēiat cras rex⁊ amā
ad conuiuiū:⁊ idicabo eis cozā meū.
Egressus est itaq; amā let⁹. Cūq;
vidisset mardocheū nō assurrexis
se sibi idignat⁹ ē:⁊ p noctē suos⁊ ore⁊
amicos exposuit eis oēz glām suā

addens

addēsq; eis solū cū rege hestervo
cauit ad cōuiuiū. Uerūtā se nihil
hāc reputabat dū viueret mardo
che⁹. Et dixerūt ei. Jube parari tra
bē.i.cubitoz⁊ suggere regi vt ap
pēdat mardoche⁹ in ea vt sic eas A
hest.6 let⁹ cū rege ad conuiuiū⁊ iussit pa-
rari crucē. ¶ Noctē illā rex duxit
i somnē⁊ iussit sibi legi annales.
Et vētū est ad locū vbi scptū erat
q̄ mardoche⁹ nuntiauerat ei faci
nus eunuchorū. Et ait rex. Quid
honoris ꝓsecut⁹ est mardoche⁹ p
hac fide. Et dixerunt ei. Nihil. Et
ōsiuit rex ds esset in atrio. Et dixe
runt pueri aman. Ecce em̄ intraue
rat. vt suggereret regi de morte
mardochei. Cūq; vocat⁹ intrasset
amā dixit rex ad eū. Quid ds fieri
viro quē rex vult honorare? Qui
cogitās p se dictū eē rñdit. Ds in
dui stola regia⁊ coronari diade-
mate⁊ sedere super equū regis⁊
pūm⁹ de principib⁹ teneat equū.
⁊ p ciuitatē icedēs clamet. Sic ho
norabit quē rex voluerit honora-
re. Dixitq; ei rex. Festina et fac vt
locut⁹ es mardocheo. Cave ne dc
ds ex his q̄ locut⁹ es ptermittas.
Et fecit aman mardocheo vt locu
tus fuerat. Qui pū⁹ renitebat pu
tās sibi illudi ab amā:sz cognita
veritate ꝓsensit. Et redijt mardo-
cheus ad fores palatij. Amā vero
stinabat i domū lugens⁊ opto ca
pite. Et dixerunt ei amici eius. Si
de semine indeoz est mardoche⁹
ante quē cadere cepisti nōpoteris A
hest.7 ei resistere sz cades. ¶ Et ecce nū-
tij regis compellebant eū intrare
⁊ intrauit cū rege ad conuiuium. Et
ait rex. Pete q̄ vis hester. Que rñ
dit. Dona mihi,animā meā⁊ po-
pulū meū ne pereamꝰ. Utinā i ser
uos venūdaremur⁊ gemens face
rem. Et ait rex. Quis est q̄ hec au
deat facere. Que rñdit. Hostis nr̄
est iste aman. Qd ille audiens ob
stupuit. Rex aūt irat⁹ surrexit⁊ in
trauit in hortum aman ꝺo suppli
cabat regie p alia sua. Cūq; rever
sus esse rex reppit amā corruisse
sup lectulū i quo iacebat hester:⁊
ait. Etiā reginā vult oppmere me
pūte. Et dixit arbōa eunuch⁹. En
lignū qd parauerat Mardocheo
stat i domo amā. Et ait rex. Appē
dite illū i eo. Et suspēsus est amā A
i patibulo. ¶ Et dedit rex hester hest.8.
domū amā. Et ingressus est mar-
doche⁹ ad regē. Cōfessa est em̄ he
ster q̄ patruū ei⁹ esset. Et dedit rex
anulū mardocheo quē amā ceperat
inuerat. hester aūt cōstituit mar-
docheū sup domū suā. Que iterū
flens pcidit ad pedes ei⁹: suppli
cās:vt veteres lras quas scripse
rat amā ꝺ indeos nouis epīs ir-
ritaret. Et adquenit rex. Et scripsit
mardoche⁹ lras annlo regis sigil
latas ad pncipes puinciaz. ne oc
ciderent indei:imo illos qui para
ti erant ad occisionem iudeorum
interficerent i udei:⁊ manu⁹ princi
pum esset cum eis. Et factum est
nomen iudeorum celebre: ita vt
plures de gētib⁹ religioni eorum B
iūgerent. ¶ Et recordat⁹ est mar- hest.10
doche⁹ somnū qd viderat⁊ inter ꝓ ⁊.11. C
tationē ei⁹ intellexit:⁊ hoc erat som
nū. Apparuerunt ei voces⁊ toni
trua⁊ terremot⁹ sup terram. Et ec
ce.ij. dracones pati ꝺ se in plū ad
q̄z clamorē nationes excitate sunt
vt pugnarēt ꝺ regē iustoz. et fuit
dies illa tenebraz⁊ diseris. Et cō
turbata gens iustoz clamauit ad
dūm:⁊ ecce fōs puꝰ creuit i flumē
maximū⁊ orta ē lux magna⁊ hūi- B C.
les exaltati sūt⁊ deuorauerť icly hest.10
tos. ¶ Porro i.ij. epla quā scripsit
p iudeis excusauit se rex i hūc mo
dū. Ne putet⁹ si diuersa iubem⁹ ex
ai leuitate venire:sz p necessitate
tpm ferr̄ sniaz vt reipublice poscit
vtilitas. Mti sublimati a regib⁹
honore collato abusi sūt i superbi
a⁊ i ipos q̄ dederť molitū insidias.
Amā⁊ alor gñe macedonex oblā
cōmaculās gen⁹ psaz adeo ītuit
vt regno nos primaz niterer⁊ spū.
Nā mardocheū cui⁹ fide viuim⁹⁊
cōsortē regni hester:cū oīgēte sua
nouis machinationib⁹ expetūt ad

mortem

mortē cogitās vt illis interfectis. nē insidiaret̄ soli tudini: ⁊ regnū ꝓsarū trāsferret i macedōes. Nos vero nutu dei viuētis cuius būficio patribus nr̄is regnū traditus est ⁊ vsq; hodie custoditū: iudeos absolui. et hostes eoꝝ interfici iubem⁹. ¶ Igit̄. xiij. die mēsis. xij. D Hest. 9 pcussēt iudei hostes suos plaga magna ꝑ pulciasvsq; ad. lxxv. milia. Quarta decima ꝯo die celebrauerūt pulnia cū gaudio. pticulas sibūnicē mittētes. In susis ꝯo interfecerūt. quingētos viros. Et in xiij. die obtinuit hester a rege. vt adhuc occiderent in susis hostes indeoꝝ. ⁊ suspēsi sunt decez filij a man. ⁊ de alijs circiter. ccc. pierūt. Et iō iudei q̄ habitabant in susis duob⁹ dieb⁹ occisionē vacātes. xv. die pulnia celebrauerūt. ¶ Et ꝑ ptea mādauit hester⁊ mardoche⁹ E Hest. 9 hos duos dies in nūero solēnitatū recipi ⁊ dies plurimi. i. sortium obseruari a iudeis vt mēoriam facti nulla deleret oblitio. hos tū dies vocat ioseph⁹ cōuersatores. eo q̄ iudei de meroze in gaudium cōuersi fuerāt. Scripsit ēt mardoche⁹ ad iudā summū sacerdotē in hierl'm q̄ patri suo eliaphat succesterat vt dies isti solēnes haberē tur in iudea in sempiternum.

¶ Incidentia.

Incidē tia illi⁹ xxiiij. literis vti ceperūt cū antea xvj. tm̄ vterent. Senones galli du ce brenno romā ingress⁹ ⁊ excepto capitolio icēsaz vastauer̄t. vj. mēsibus. Tribuni militares ꝑ ꝯsulib⁹ esse ceperunt. Obiit anaragoras phisicus ⁊ eraclius tenebrosus: ⁊ democritus: ⁊ socrates in carcere venenū bibit. Diogenes ⁊ isocrates clarueruūt. Aristoteles audiuit platonem. ⁊ viij. annum agens.

¶ De ocho seu artaxerse. capt. ij.

Er diuersis. POst assuerū regnauit artaxerses. q̄ och⁹ dict⁹ est. hic misit vagosum ꝑfectū vniuersis regiōib⁹ trās flumē euphratē. Erat aūt in hierl'z summ⁹ sacerdos ioānes q̄ inde patri suo succesterat. Erat aūt frater ioānis iesus q̄ ad pōtificatū aspirabat ⁊ ꝑ ꝓcea vagosi familiaritatē sibi cōparauit. Qua ꝓfidētia iesus altercat⁹ in tēplo aduersus ioānē: a deo icitauit fratrē vt eū interficeret. Uñ vagosus idignat⁹ ascēdit in hierl'z. Cū q̄ phiberēt euz ab ingressu tēpli. Rūdit. Mū dioz ego suz cadaueze quo tēplū plus ꝓphanastis. Et ingressus in tēplū spoliauit illō. Et iposuit iterū ministris tēpli tributa ⁊ ānonas āni. vij. a q̄b⁹ ꝑ interuētū esdre absoluti fuerāt. Porro artaxerses. i. och⁹. egyptū ad sūm reuocauit iperium. nectanabo rege in ethiopiā pulso. in quo egyptioꝝ regnū destructum est. Idē och⁹ apodasmo iudeoꝝ capta in hircaniam accolas translatos iuxta mare caspium collocauit.

¶ Incidentia.

¶ Eo tpe romani gallos supauerūt. Demosthenes et socrates claruerūt. Obiit plato post quē speusippus tenuit achademiam.

¶ De dario filio arsami. Cap. iij.

Er diuersis hist. POst och⁹ regnauit filius eius arsam⁹. Et mortuo ioānc i hierl'z successit ei filius eius dar⁹ i sacerdotiū. Post arsamū ꝛgnauit filius eius dar⁹. Hic ꝑfecit ꝛgiōib⁹ trās flumē sarabalā ō gñe cuthoeū ex ꝙbus samaritę descenderūt. Erat aūt iado frater manasses ad pōtificatū anhelās ꝓpter q̄ ysachā filiā saraballe duxit vroze. Cū q̄ ministraret in sacerdotio indignati sunt hierosolymite: et iubebāt eū recedere ab vroze: aut non introire sanctuariū. Itaq; manasses cuz vroze trāstulit se ad soceꝝ suū. Qui pollicit⁹ ē vt edificaret ei tēplū istar hierosolymoꝝ sup mōtē garizi: ꝙ hoc cū sententia regis darij faciēdū erat. Interi aūt cōdidit et abisaz vel abigla qui est mediterraneus vicus tyrioꝝ et insignis. Et transierūt ad manasseū plures de hierosolymitis q̄bus saraballa pecunias ministrabat terram

rā colēdā deputabat ⁊ hitationē.

¶ Incidentia.

¶ Eo tpore Manli⁹ torquat⁹ cōsul romanorum filium suum virgis cesum securi percussit: q̄ contra imperium consulum cū hostibus pugnauerat ⁊ tū expugnerat

¶ De alexandro. Capitulum. iij.

Er idē tēp⁹ philipp⁹ rex macedonū ꝑ insidias perēpt⁹ ē a pausania trahēte gen⁹ ab horrefie Cui successit alexāder filius eius adoptiu⁹ q̄ legit̄ nota nabi filio vicesimū agēs annū. Qui volēs obtinere syriā trāsijt hellespōtū. Et congregati sunt aduersus eum duces darij q̄ erāt trās flumē: ⁊ sup granicū finniū expugnauit eos. Cūq; ꝑ curriss et lidiā ⁊ iconiā puenit ad loca pāphilie. Tūc dari⁹ filius arsami electū collegit exercitu ⁊ trāsiuit enfratē ⁊ mōtē cilicie tanq; speras i cilicia macedones expugnare. Tūc ganisus⁹ saraballa putāsq; post victoriā occurreret dario ⁊ edificationē tēpli ab eo ipetraret q̄ pollicit⁹ erat gño suo ipe q̄dē longeu⁹ a plūs vacabat sz alr q̄ speraret cuenit. Uāvict⁹ ē dari⁹ a macedonib⁹ ⁊ capta matre ei⁹ vroze ⁊ filijs ad psasfugies fmeauit cū paucis tūc alexāder cepit aspirare ad monarchiā orbis ⁊ trās syriā cepit damascū ⁊ subingata sidōe tyr̄ obsidebat. Tūc saraballa eligēs de suis. viij. milia i alexandriā ꝑfect⁹ ē i auxiliū dicēs se libenti⁹ obsequi ei q̄ dario et q̄ loca cōstituta sub potestate sua ei ꝺ deret⁊ grate suscept⁹ ē ab alexādro Preterea dixit ei se hr̄e genr̄ manassen fratrē principis sacerdotū gentis iudee multosq; alios cum eo pteseꝛ eagēte q̄s velle sicbat sub eo tēplū ꝓstituꝛ locis edificare q̄ futurꝛ alexandro testabat q̄ potētia iudeoꝝ in duo diuisa nō rebellaret. Cōcedēte ꝯo alexādro i studio edificandi saraballa tēplum ⁊ altare quod per

Additio.

Ecce tertio legitur tēpluz edifi

manſit vsq; ad destructionē fa ctā ꝑ romanos. ⁊ leo manasses cōstituit pōtifi cem. Porro duz alexander erat in obsidione tyri: scripsit epistolam ad principem sacerdotum in hierusalem inuitans eum vt sibi preberet auxilium et exercitum: venalia prepararet: et redderet sibi tributa q̄ prius dario cōferebat. Et respōdit iad⁹ se dario sacramētū dedisse nec eo viuēte posse trāscēdere ꝓstituta. Tūc cōminatus est alexāder i gēti iudeoꝝ ꝙ per eū discerent ꝙbus deberēt cōstituta seruare. Tūc iniectis aggerib⁹ tyrꝛuz fecit continētem. i. cū pri⁹ esset insula fecit eā cōterminā terre: quā vastata gazaz obsedit. Et mortu⁹ est saraballa. Alexāder aūt capta gaza in hierosolymaz festinabat. Et timentes iudei clamauerūt ad dñm ⁊ immolabāt hostias ⁊ iad⁹ orabat pro gēte. Qui cū post sacrificiuz obdormisset precepit ei de⁹ vt consideret sericisq;. i. cortinis ciuitatem ornaret. ⁊ ipse pontificalibus indutus ⁊ reliqui sacerdotes cum eo legitimis stolis induti obuiam exirent alexandro. Et surgens a sopore oraculū omnib⁹ indicauit. Audiensq; non longe esse a ciuitate alexādrū ꝓcessit cum sacerdotib⁹ ⁊ ciuib⁹ multitudie sacra ad locū q̄ saphim appellat̄ q̄ latine trāslatū scopulū sonat vñ hierosolyma ⁊ tēplū dñi videri potuissent. Et factū est cōtra spē; omniū qui sequebant regē. Nā alexāder intuens antistitē pōtificali stola insigne ⁊ sup sy darij laminā aureā in qua scriptū erat nomen dei descēdit de equo: ⁊ adūt eū sol⁹ ⁊ nomen dei adorauit ⁊ pontificē venerat⁹ est. Et obstupuerunt principes exercitus ⁊ ludificatam regis mētē putauerūt. Sol⁹ parthemi⁹ q̄siuit ab eo cur sacerdotē gentis iudee adorasset. Et rūdit. Nō hūc adoraui sz deū qui ꝓcipatū sacer

Scolastica. ⁊ dotum

Universidad de Deusto Biblioteca

dotū gerit. Nā p sōniū i tali hitu deū p̄perit adhuc i licea ciuitate macedōie ꝓstituy. Dūcq mecū cogitarēt ꝙ alia posset obtinere iuf sit me cōfidere. Nā ipe exercitum meū ꝓduceret ꝙ psaꝙ mihi trade ret p̄cipatū. Nūc aūt p̄mo vidi i hoc sacerdote ipy effigiē q̄ misit p̄misit p̄cūra cōfido ꝙ ꝓterea deū adorauī ꝙ holez venerat suꝫ. Et i gressus ē vbē alexāder. ꝙ i tē plo sacrificauit deo ꝫ sacerdotis ostēsionē. Et t attulerūt ei danielē: i q̄ scriptū erat. q̄ndā grecoꝙ pditu rū psaꝙ potētiā ꝙ ar bitrans de se scriptū eē gauisus ē. Et i crastinū cōuocās ppl'z inssit peteꝫ q̄ vellēt. Et ipsis petētib⁹ concessit iudeos vbiq; patrijs vti legib⁹ ꝙ septimū ānū sine tribu tis esse pp sabbatū tre qꝫ septimo āno ñ colebāt ſra. Et ex ide ad alias ciuitates ꝓfect⁹ ē. Tūc samarite videtes ei⁹ muni ficētiā circa iudeos cogtos se dixe rūt eē iudeoꝙ originē suā ab effrai ꝙ manasse recēsentes. Et postula uerūt vt tēplū coꝙ i gariziz honora ret q̄ i reditu se factuꝙ p̄misit. Cū ꝙperētur ab eo rela ratiōez. vij. an ni q̄siuit q̄ eēnt. Et dixerūt se hebre os. Cūq; adderet vtrum essent iu dei negauerūt se iudeos cē. Et rñ dit. Judeis tñ hec cōcessi. Porro nos sub silētio pertranſimus q̄r alexāder Darū vicit ꝙ Porum. et quō cōsuluit ar bores solis ꝙ lu ne. ꝙ cetera ad miratiōe digna q̄ peripatetici suo aristoteli p epi stolā indicauit ad ea que circa ppl'm dei gesta sunt festinātes.

Additio.

Arbores solis ꝙ lune. Cumq; sol oriebat ꝙ splen dor summitatē arboꝙ tāgebat vsq; ad radices concutiebātur ꝙ tunc responſuꝫ dabatur iterro gantibus vbi alexander de vroze ꝙ suis recepit ꝙ de morte sua si ba bylonē intraret: rita factū est a so roze. Sacerdotes vo qui erāt vtē tes pomis arborum solis et lune quadringentos annos viuebant.

¶ De reclusione decem tribuum ꝙ morte alexandri. Capitulum. v.

Et hi storia.

Itaq; cum venisset alexāder ad mōtes caspios misit ad eū filij captiuitatiꝫ decē tribuū. Ex edicto eīm tenebant egredi nō licere postulantes ab eo egrediēdi co piā. Cūq; q̄sisset causam captiuita tis accepit eos recessisse aperte a deo isrl'. vitulis aureis immolādo ꝙ pphetas dei p̄dictū eē eos ca ptiuitate nō redituros. Tūc rndit q̄ arctiꝰ eos includeret. Cūq; āgu stia viaꝙ obstrueret molibus bitu minatis videtes laborez humanum nō sufficere orauit deū isrl'. vt opꝰ illō cōpleret. Et accessit ad seluī cē p̄rupta mōtium ꝙ factꝰ est locus inexabilis. Ex q̄ ii q̄do apparet nō eē dei volūtatē vt exeāt. Egredien tur tñ circa finē mūdi magnā holz stragē facturi. Et vt ait iosephus Deꝰ q̄d factuꝰ ē ꝙ fidelib⁹ suis si tñ fecit ꝙ infideli. Cūq; rediſſet alexāder i babilonē sumpto vene no vsum lingue amisit et extremā volūtatē suā scripto exp̄ssit. Et no luit mōarchiā suā i aliquē trāsfer re ne aliq̄s par ei i potētia apō po steros legeret. ꝙ. xij. q̄s ab adoles scētia sua socios habuerat regni succeſſores istituit. Hec āt institu tio nō stetit. Nā. iiij. ex his tantū alijs abiectiꝫ reguerūt. sicut i histo ria danielis est comprehensum.

Josephus.

Circa primū.

Mortuus est autem cum esset an norum. xxx. duorum. et. xij. annis regnauit. Et dicit a quibusdaꝫ ꝙ xij. alexādrias edificauit ꝙ nume ro annoꝙ q̄bus regnauerat. Jpse i amone ꝓdidit parathoniū. i. ꝓtu tis sue indiciū. ſ. arcū trisꝑhalez.

¶ De ptholomeo sother. Ca. vi.

Et hi storia.

Et regnauit post eū in egy pto ptholomeꝰ. q̄ cognomi nat⁹ ē sother. Qui cū regno suo ad iecisset syriā apposuit vt adūceret ꝙ iudeā. Et ascēdēs in hierl'm die sabbati scies ea die iudeos arma nō moturos sub simulatiōe sacrifi cādi deo nullo⁹ dicēte itrauit. Ubi fin iosephꝰ vt ait Quidꝰ sabatar chidea

rhides iudeos ridiculos appella uit: q̄ ꝓ supflua superstitiōe graue dānū sustinuerūt. Ptholomeꝰ nāq; multos ō iudea ꝙ garizi capti nos trahēs ad egyptū reduxit. Et vēditiōi exponēs eos a negocia toribꝰ nationū distractī sunt ꝙ dis perſi. Et ꝓ hāc captiuitatē ꝛz nō fuerit gnalis: d: fuit⁹ dispti tunt i natiōes. Uñ in actib⁹ apostoloꝙ legit cōuenisse in hierl'm iudeos ex oi natione q̄ sub celo est Judo pōtifi. successit filiꝰ eius onias cui successit filius eiꝰ simō iustus: cui successit frater suus eleazarus ꝓ onia filio simonis adhuc puero.

A Act. 2.

¶ Jucidentia.

¶ Eo tēpore Appius claudiꝰ cecꝰ rome claruit q̄ aquas claudias: alas calidas iduxit ꝙ viā apiā stra uit. Theophra stiꝰ philosophꝰ claruit q̄ a dimi nitate loquēdi vt ait (cicero) no mē accepit: cēsu rome agitato iuē ta sūt ciuiū. cc. lxx. milia ꝑdite sūt a romanis ariminuz ꝙ beneuētū.

Additio.

Qz per hoc nu merū ciuium de prehendunt.

¶ De ptholomeo philadelpho. Capitulum. vij.

Et di uersis hiſtoriis.

Ptholomeus sother re gnauit in egypto philadel phꝰ. hic studiosiꝰ ꝙ librorꝙ cupidꝰ demetriū bibliothece sue p̄ fecit. Cūq; q̄sisset ab eo de nūero librorꝙ. xx. milia adesse rñdit: sed paulo post tpe vsq; ad. l. milia pos se puenire dixit. Et nūtiatū sibi di xit apō iudeos eē legē ore ipiꝰ dei editā ꝙ digito ipsiꝰ scriptā. ꝓ qua summope laborādū eē dicebat vt in grecū uersa eloquiū i. arciuis regalib⁹ haberetur. Hec eīm erat lex dei quē philosophi zena dicūt id est viuentē: zeni enim viuere vl vitam sonat: quē vulgus appella tionem. Et ad ostendendaz legis eius sanctitatē addidit: q̄ nō nisi a dei viuētis cultoribus trāsferri potuisset. Naz ꝙ theopompus cū hiſtoriās q̄s scribebat eā volunti sset interserere versus est in amen

Nota antiq̄rū studia.

Nota dignita tē legis nostre.

tiā ꝓ dies. xxx. Theotecus quoq; pro cā eadē fact⁹ est cecus: ꝙ peni tētes sanati sunt. Et suggessit re gi vt scriberet pōtifici iudeoꝙ: vt iudeos hebree ꝙ grece ligue peri tos ad ip̄m dirigeret cū lege deiq; ad eā trāslatādā sufficerēt. Cūq; vt spectaret mūera cū epistolis mitt tēda cēsuit. Erat ibi artifex: q̄ longo tēpore iudeorū calamitati cōpatiēs opportunitate liberādi eos inuēta sit. Quō q̄ postulas obtinebis tot iudeis i regno tuo seruētibus. Solue itaq; eos ꝙ nis hil grati⁹ erit pōtifici iudeorum. Nec ob hoc q̄ dico me iudeoruz affinē estimes. sed qz scio tua iter esse si factoꝛē olim deū honoraue ris. Et liberauit rex de iudeis. c. xx. milia dās dñis coꝙ ꝓ capite c. xx. drachmas argenti. Cūq; di xisset rex hoc magnuz eē: direrūt. Magnū quidē est sed nō regi mu nifico. ¶ Tūc scripsit rex eleaza ro in hūc modū. Sētē tuā q̄ secus ꝓ nos erat libertate dōaui arbitrās hoc deo esse iocūdū: quoꝙ quos ad elea zar⁹ militie assignaui: alios quoq; fidē approbauerā ꝓkitui in pala tio. Leges vo vras in nra bibliotheca reponere decreui. Eū q̄ facies mittēdo nobꝫ viros seniores q̄ valeāt interpretationē eaꝙ cau te nobis relinquere. Trāsmisi mō argenti. c. talenta ꝓ immolationi bus faciendis ꝙ separaui. l. talēta auri ad crateres ꝙ libatoria faciē da: ꝙ gēmas sine nūero ad artifi cuz optionē. Tu manda nobis q̄ ex his volueris fieri q̄ gratiꝰ am plectemur. Tūc mittēs ad eū eleaza zarꝰ: q̄ postulabat rescripsit ita. Ad interpretā dā legē quā postu las misi viros seniores ō vnaqua q; tribu. vj. egē ferētes. Tue au tez pietatis erit vel iustitie ad nos eam cau te remittere. Hi sunt. lxx. interp̄ tes: q̄ licet. lxx̄ij. tiā ꝓ dies. xxx.

Epistoro in hūc modū.

Ptholomeo philadelpho.

Additio.

Quia etiā decez trib⁹ capte fue rāt multi tñ la tuerant q̄ fuge rant in hierlm dādā etiā ad sa

De. 70 interp̄tibus.

fuerint more sa
crescriptuꝝ.lxx.
dicūtur que mo
dicū numerū si
sup aliquā sum
mā superexcre
scit sepe subti-
cet. Qui cū venis
sent ad regē benigne ab eo colle-
cti sunt non tñ ad regē intromissi
vsq; in diē quintū. Imminebat enī
a die solēnitas triūphalis p triū-
pho. s. quodā: quē maiores sui ea
dē die habuerāt. Ea igit die susce
pit eos quos corā vniuersitate pn
cipū decreuerat honorare: postsu
sceptionē vo duodecim dieb⁹ fue
rūt cū rege: ⁊ scisciteb⁹ est ab eisq;
in corde suo disposuerat: ⁊ pcipue
de duob⁹: ō cognitiōe dei: ⁊ guber
natiōe regni. Cūq; istruxissent eū
de regni administratiōe: plenius
disputauerūt de vno deo colēdo
⁊ q⁹ nulla creatura de⁹ esset. Inde
est q⁹ vbicunq; occurrit eis de tri-
nitate: vel sub silentio trāsierunt
vel in enigmate
trāstulerunt ne
tres deos colen
dos tradidisse
viderent. Sic ⁊
de incarnatiōe
⁊ obi faciētes: vt
in esaia. Qui cū
dixisset puerū
nob⁹ nascitur ⁊
addidisset. vj.
ei⁹ nola q⁹ vnū
est deus: p illis
sex nobis trās
tulerunt magni
p filij angel⁹: ne
viderent tradi-
disse hoiez deifi
catū. Tūc offen
derūt regni ro-
stulū quē attule
rant. Nec suffi-
ciebat admirari
rex chartarū te
nuitatē ⁊ ppagationē: q̄ oculis
deprehēdi nō posset. ⁊ ⁊ litere au

maritanos pro
pter quā cōmi-
xtionē samari-
tani dixerunt se
esse hebreos: vt
supra/ capi. iiij.
p idez tempus.

Additio.

Ubi i esaia: ⁊ vo
cabit nomē ei⁹
admirabilis cō
siliari⁹ de⁹ fortis
pr̄ futuri seculi.
princeps pacis.
Prohisolib⁹ trā
stulerūt magni
cōsilij angel⁹: q̄
trāslatiōe vsus
est gregor⁹ qui
ecclesiasticū offi-
ciū ordinauit q̄
rū trāslatiōe vti
tur vbicūq; vel
posteri vel alte-
ri⁹ autoritatē in-
ducit cū tñ ec-
clesia trāslatiōe
hie. vel vulgari
vtat i his olib⁹.

ree in cādore chartaꝝ ades legi
biles appareret. Introducti aut̄
sunt i domū regis sec⁹ mare secre
tā q̄ erat ad negociū deliberatio
nē: ⁊ date sunt eis celle singule vt
quicq̄d visui est eis opportunuꝝ ⁊
cōmoduꝝ ad iterp̄tād: diluculo
egrediebant ad
optādū regi bo
na ⁊ policroni-
tudinē. Tūc la-
uabāt se ad ma
re ⁊m purifica-
tionē iudeoꝝ:
postea interp̄ta
bant vsq; ad ho
raꝝ nonā. Inde
trāsibāt ad cibū
⁊ requiē ⁊ ysum
manserunt op⁹
lxx. duob⁹ diēb⁹
vñ quibusdā vi
sus est q⁹ nō trās
tulerunt tūc ni-
si pentateuchū.
Postea vero vel
postq̄ redirēt.
vel post aliq̄ ex
eis ad regem re
deūtes trāstule
rūt psalmos ⁊ p
phetas. Uerūtñ si miraculose fa-
ctū est vt dicit augustin⁹ q⁹ vna et
eadē sine dissonātia inuēta sit edi
tio vniuscuiusq; eoꝝ min⁹ miracu
lose fieri potuit: vt i tot dieb⁹ iter
pretati sint legē psalmos ⁊ pphe
tas. hiero. tñ videt, velle q⁹ inter-
pretatiōes. vj. dicti i sabbato cōfe
rāt ex olib⁹ p̄latēs vnā. Nec mirū hieron⁹
dū eē hoc asserit cū esdras legē nimus
quā p spīm reparauerat postea cū
veteri scriptura q̄ apud samarita
nos erat correxit. Ope cōpleto cō
uocauit demetri⁹ q̄ sup libros ma
gister erat oēs iudeos q̄ erāt i ale
xādria: ⁊ de pulcia peritiores. Et
lecta est corā olib⁹ trāslatio eoꝝ: ⁊
approbata postea blata est ad re
gē ⁊ corā eo explicata. Cūq; peteret
interptes a rege dari autoritatez
A mat. 14

Audiuit aũt herodes fama iesu ⁊ ait. Joannem ego decoliani. Quis aũt iste ẽ de q̃ audio talia? ⁊ querebat eum videre. Qõ eũ audisset iesus ascẽdens in nauicula secessit

ferensit in locũ desertũ seorsum et secuti sunt euz turbe pedestres de ciuitatibꝰ ⁊ curauit eos. Erat aũt p ximus dies festꝰ qui dicit pasche.

B ma. 14 A mat. 6. A Joã. 6 B Luc. 9

¶ Uespe aũt facto. xij. discipuli dixerũt ei. Dimitte turbas vt eũtes in uenĩãt sibi escas. Et ait iesꝰ. Date illis mãducare: et facite eos discũbere sup viride fenũ p cõtubernia. i. per diuersas societates: hominũ q̃ de uiculis venerant. Et accepit quinq; panes hordeaceis ⁊ duobꝰ piscibꝰ a puero quodã qui vnꝰ de discipulis fuisse creditur: per aplos dedit eos populo vt quinq; milibꝰ viroz exceptis mulieribꝰ ⁊ paruulis ⁊ de fragmẽtis ipleti sunt cophini. xij.

C ma. 14 F mar. 6 Ubi. s.

¶ Et statim coegit discipulos ascẽdere i nauiculã ⁊ precedere eũ trãs tretũ sm̃ mar. ad bethsaidã donec dimitteret turbas. Qõ ꝙ lucas di. hoc factũ i locis bethsaide itelligẽdũ est nõ qesset in finibꝰ eius: sed iuxta tyberiadẽ vt dicit ioãnes: ⁊ qz ad eã ptinebãt.

B Joã. 11

Qõ aũt ioã. dicit eos trãsfretasse ad capharnaũ intelligẽdũ est per bethsaidã trãsisse capharnaũ. Jesus aũt cũ cognouisset q̃ uolebãt eũ rapere facere regẽ: qz sub tali rege videbãt eis nõ posse egere: fugit ⁊ ascẽdit in mõte solꝰ orare. Hic est mõs in q̃ sermonẽ fecit a q̃ p miliare distat locꝰ refectionis huiꝰ q̃ hodie vr mẽsa tira quã est locus ille in q̃ post resurrectionẽ comedit ptẽ pisz assi supra ꝙ est ps illa marz. 8. quã dñs ãbulauit quã alia vice excitatꝰ sedauit.

¶ Qõ dñs ãbulauit sup mar. lxxv.

C D ma. 14 E Mat. 6 C Joã. 6

Nauicula vero in qua erant discipuli iactabãt fluctibꝰ vidẽs aũt eos iesus laborãtes ẽr ta vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Quatuor vigilias noctis faciunt excubãtes i castris. Prima vr conticinium in qua omnes simul vigilãt. Secunda in tempestum in qua adolescentes. Terra gallicinii in q̃ viri. Quarta ante lucanũ in qua senes. Has dominus alijs nominibꝰ vocauit sero an media nocte. an gallicantu: an mane. Cũq; putarent discipuli eũ esse phantasma et clamarent ait. Ego sum: nolite timere. Non dixit quis esset: quia ex nota voce poterant euz agnoscere. Uel vt intelligerẽt ipsum esse eum qui moysi dixerat qui est misit me ad vos. Post petrus iuit ad eũ super aquas quẽ dum mergeretur erexit dñs. Qui cũ ascendisset nauicula cessauit vẽtus et statim fuit duc- Joã. 6 ta nauis ad terrã ad quã ibant.

¶ De verbis domini pro quibus quidã abierunt retro. Cap. lxxvj.

Alteradie turbe ẽs pauerat Jesus itra uerũt naues superuenientes a tyberia de et venerunt capharnaũ inuenientes iesum mirabant quomodo illuc venisset cũ solã uidissent nauiculã quã nõ intrauerat. Cũq; comederent cibũ quẽ eis fecerat: tamẽ preferebãt ei mãna dicentes. Patres nostri mãducauerũt in deserto manna panem de celo dedit eis dñs. Tũc dixit eis iesus. Ego sum panis vite qui de celo descendi. Murmurabãt aũt iudei dicentes. Nõne hic est filꝰ ioseph cuiꝰ nouimus patrẽ et matrẽ? Et ait iesus. Panis quem ego dabo caro mea est p mũdi vita. Litigabant ergo iudei adinuicẽ dicẽtes. Quo modo potest hic nobis carnẽ suã dare ad mãducãdũ. Tũc addidit dñs. Nisi mãducaueritis carnem meã ⁊ biberitis sanguinẽ meũ non habebitis vitã in vobis. Hoc autez multi ex discipulis audiẽtes dixerũt. Durus est hic sermo: quis potest eum audire? Et abierũt retro et iam cum illo non ambulabant.

¶ De traditionibus phariseoruz cõtra mãdata dñi. Cap. lxxvij.

E Luc. 11 C mat. 15

Boganit aũt quidã phariseꝰ iesuz: vt prãderet apud eũ. Cũq; venisset eũ nõ baptizatz manibus prandere: murmurabat intra se. Cui dominus ait. Uos pharisei

risei qđ desoris est calicis et catini mūdatis⁊ nō q̄ int⁹. q.d. corpora mūdatis⁊ nō alias stulti nōne deꝰ vtrūq; fecit. hoc ℨ manicheos q̄ alias tm̄ a deo creatas dicūt carnē ꝙo a diabolo⁊ addidit. Date
F Luc.11 eleemosynā: ⁊ecce oia mūda sunt
A vobis q̄d q̄z scribe⁊ pharisei ve
Wa.15 niētes a hierosolymis vidētes di
B scipulos eiꝰ cōib⁹ manibus mādu
mar.7. care dicebāt: ℨre discipli tui trāsgrediunt traditiones senioꝝ⁊ rñdit iesus. Quare vos trāsgredimini mādata dñi ꝓpter traditionez vestrā. Nā deus dixit. Honora patrē tuū⁊ matrē tuā. Qđ nō tm̄ pro reuerētia dictū est verum etiā pro necessarijs obsequijs exhibēdis. Vi pharisei ipietatē sub noie pietatis docebāt dicētes filios melꝰ facere si deo ꝙo ꝑi vouerēt q̄ parentibus offerēda erāt instruētes eos quid parentibus egentibus rñderēt. O pater/corbā: quod ē ex me tibi ꝓderit. Corban est munus votiuū. q.d. Quod voui deo: vis tibi prodesse absit. Et connocatis ad se turbis: ait illis. Nō quod intrat in os coinquinat hominem: intelligite ꝙpud deum: sed qđ ꝓcedit ex ore. Primū intelligе de ore carnis secūdum de ore cordis. Nam⁊ vomitus inquinat hominē. Vñ⁊ qui dā libri habēt ſz qđ ꝓcedit ex corde. Quare ergo idolothitis⁊ his q̄ furtiua sunt et rapta nō vescimur pro scādalo vitādo. Cibus em̄ i se mundus est. Et dixerūt ei discipuli. Scis q⁊ pharisei audito hoc ꝙbo scandalizātur scalō vel scādalon offendiculū pedis vel ipaz ruinaz dicim⁹. Et rñdit. Sinite illos ceci sunt⁊ duces cecoꝝ. Nō em̄ a veritate ꝙ scandalo recedēdū est.

¶ Quod cibus non transit in virturem nature. cap. lxxviij.

B Wa.15 C mar. 6

Umq; itrasset iesꝰ domum ait petrus. Edissere nobis parabolaz istā. Et respōdit. Non itelligitis q̄ omne qđ in os intrat vadit in ventrem:⁊ in secessum emittitur. Nihil enim de cibis transit in virtutem nature q̄ refulget sed cibis adūta in se tantum crescit⁊ manet. Et subiūxit. De corde autē exeunt fnr ta⁊ cetera. Plato ꝓcipale aie putauit esse in cerebro idest rationem iram in felle: desideria in iecore: sed iuxta christum ꝓcipale anime est in corde. Marcus ꝙ coinq̄nat ponit cōcat iuxta hebreū idioma qui ſcommune immundum dicebant: quia cibos cōmunes vocabant ꝓhibitos in lege quos immundos iudicabant: quia alie gētes cōmuniter illis vescebātur.

Additio.

Dicūt heretici dñm idiotā fuisse et physicam ignorasse quis plures cibi per artus⁊ venas⁊ medullas⁊ nervos funduntur qđ ꝓbat ꝙ eos. q̄ rugē vomituz hñt sumpto cibo⁊ tñ corpulenti sunt: ſz quelibet humoꝝ purgatio secessio dici potest.

¶ De muliere chananea. c. lxxix.

C mar.15

Urgēs ide iesꝰ abiit in fines tyri⁊ sidōis. Et rogabat euz mulier gentilis chananea syro phenissa gne ꝙ filia sua q̄ male a demonio vexabat. Chananei quōdā indei icolverāt ſz post dispsi sunt. Ex hac dispersione erat mulier ista ex syri⁊ pheniciꝰ orta. Quidā tñ dicūt tyro phenissa: qz sic phenissa: erat q̄ tyria sicut et dido fuit: hoc nomine indicātes regionez mulieris et patriam. Jesus autē non respōdit ei verbū ne sibi contrarius videretur qui dixerat. In viā gētiū ne abieritis ꝓ qua cū intercederent discipuli rñdit. Non sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel. At illa venit⁊ adorauit: ⁊ ait. Domine adiuua me. Cui dominus. Non est bonum sumere panem filiorum⁊ dare canibus ad manducandū. Hebreorum more gētiles canes dixit: quia edebant sanguinem vt canes. Et est sensus. Veni curare israel primogenitum⁊ nō dum gētes. Cui illa. Etiam domine. Nā⁊ catelli edunt de micis q̄ cadunt de mēsa dñoꝝ suoꝝ. q.d. Verū est qđ dicis. Fac ℨ mihi qđ fit canib⁹. i. modicū panis tu imptire mihi. Et iesus commendans fidem mulieris ait. Fiat tibi sicut vis.⁊ statim sanata est filia eius.

Additio.

Syrus originē tumulatū celat Ante tyrus fuit lapſ marmore⁹ grandis: super quē sedit iesus illesus tempore gētiū: ſz postea a francis⁊ venetianis mutilat⁹ supra cuius resīdnuz in honore saluatoris ecclesia ꝟstructa est.

B mat.15

¶ De surdo⁊ muto. Cap. lxxx.

E mar.7.

Et iterū exiit de finib⁹ tyri⁊ venit ad mare galilee inter medios fines decapoleos. i. pernnit ad illū locū maris: cui ex regione contra posita erat decapolis. i. regio decē vrbiū circa pellā et gadarā ℨ galileā. Et adducūt ei surdū⁊ mutū. Et posuit digitos i auriculā eiꝰ⁊ ait. Effeta qđ est adapire. Et ad eiꝰ iperiū adapte sūt aures eius⁊ soluta est lingua illius.

¶ De probatica piscina. C. lxxxj.

A Joā.5.

Post hoc erat festus dies iudeoꝝ. Nō determinat q̄s ſz pōt itelligi festuz nouoꝝ. i. pēteco stes quia predictum est iam de pascha quo decollatus est ioannes. Sequitur Uero de scenophegia post de encenijs. Ascendit autem iesus ad diem festum. Erat autem hierosolymis probatica piscina cognominata hebraice bethsaida: quinq; porticus habens. in quibus iacebat multitudo languentium expectantiuz aque motum. Angelus enim descendebat in eam quandoꝝ et mouebatur aqua: et qui primus post aq̄ motum descendebat in eaz: sanus fiebat a quacūq; detineretur infirmitate. Probaton grece latine ouis. Sic ergo dicta erat quia in ea nathinnei hostias lauabant. Solet autem collecta aqua pisces nō habēs piscina dici quasi p contrariuz. De hac motione incertum est quā do ceperit. Nō aūt incertum esset qñ moueri debebat inde perpēdi tur q̄ languidi sump erāt ibi q̄ ad certam horam conuenirent tantū li sciretur. Traditur a quibusdā q̄ regina saba vidit in spū in domo saltus que nethota dicebatur lignum dñice crucis et nunciauit salomoni cum iaz recessisset ab eo q̄ in eo moreretur quidam ꝓ quo occiso perirent in dei⁊ perderent locum et gentem. Quod timens salomon defodit illud in terra vbi post facta est piscina. Appropinquante autem tempore passionis christi superenatauit quasi prenūcians christum et exinde cepit motio predicta. Sed hoc non est autenticum. Cum autez sanasset ibi iesus hominem habentē. xxxviij. annos in infirmitate sua precepit ei vt tolleret grabatum suum: et ibat ferens illud. Grabatum est lectus pauperum vbi tantum capiti aliquid substratum est dictuz a graba greco quod est caput. Erat autem sabbatum. Dicebant ergo iudei. Nō licet tibi tollere grabatum tuum. Qui respōdit. Qui me sanauit dixit vt tē⁊ tolleré illud. Cūq; q̄sissent q̄s ē ille? Rñdit. Ne scio. Post inuenit eum iesus i tēplo et dixit ei. Sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi contingat. Tunc homo nunciauit iudeis q̄ iesus eum sanauerat.

¶ De zelo iudeoꝝ q̄ xps filiū dei se fecit. Ca. lxxxij.

C Joā.5.

Um ℨ arguerēt eū q̄ i sabbato operabat ait illis. Pr̄ meꝰ vsq; mō operat⁊ ego operoꝝ. q.d. Non sex dies rātum

operat⁹ est pr̃ vt putatis: sz semp operat de⁹ gubernãdo renouãdo vt permaneãt cõdita cuz quo ego operor ergo bonuz est q̃ ago. Cõstat ergo esse sacramẽtuz qõ de re quie sabbati legit. Propterea ergo magis querebãt interficere illum: qz patrẽ suum dicebat deum. Ait iterũ iesus. Pater diligit filiũ filius quos vult viuificat: nec pater iudicat quẽq̃: sz omne iudiciũ dedit filio: qz et solus filius venit in carnẽ vt iudicaret mũdũ. i. argueret z post in iudicio sola filij persona apparebit iudicãs z si qua p ferretur a iudice sñia proferet eaz. Predixitq̃ eis q̃ alius. i. antichristus veniret nõ in nomine patris: sed suo z eum recipere.n.

¶ De refectione quatuor miliũ z septem panibus. Capit. lxxxiij.

D mat. 15 A mat. 8.

ET relictis illis iterũ abijt se cus mare galilee i desertũ. Cuiz turba mlta ibi eẽt ait discipulis. Misereor sup turbã: qz iã triduo sustinent me nec hñt q̃d manducẽt. Cuiz accepisset a discipulis septem panes et pisciculos paucos precepit vt discũberent super terrã. Forte in alia refectione circa pascha adhuc erat herba sup terrã nũc aũt p feruore terre illius iaz nõ erat ibi herba: qz post penthecostẽ erat vt predixim⁹. Satiatis autẽ. iiij. milibus virorũ: absq̃ mulieribus z pueris de fragmentis impleuerunt septem sportas. Est aũt sporta vas de iunciis et foliis palmarum contextum.

¶ De quodã ceco. Cap. lxxxiij.

A mat. 16 B mar. 8

ET ascẽdẽs iesus nauim cũ discipulis venit in ptez magedõ. Eundẽ locum vocat mare⁹ dalmanuta: qz dñi⁹ erat: z obliti sũt discipuli tollẽ panes z docebat eos. Cauete a fermento phariseorũ z saduceorũ z herodis. Cuiz putarẽt se tacite notatos de panũ obliuiõe arguit eos ꝫ modicitate fidei qz eo pñte timebãt posse egere. Scõm mareũ illuminauit hic cecum. Sed de similibus sufficit nobis aliqua ponere. Alia trãsimus qz concanonica sunt illis.

¶ De confessione fidei quaz fecit petrus pro omnib⁹. Capit. lxxxv.

B Matt. 16. C mar. 8 C Luc. 9

VEnit autez iesus in partes cesaree philippi. Philippus in termio iudee septẽ triõali cõstituit sibi ciuitatem quam vocauit cesaream philippi: in memoriam tyberij et sui nominis: z est in regione phenicis vbi ad radicem libani oriuntur duo fontes. ior. et dan. quorum riuuli sociati sub montibus gelboe sub vrbe cedar: secus medicabilia balnea: iordanem faciunt. Sed et nomen eius ex suis nominibus quasi conponũt. Tamẽ hieronymus dixit. Quia ciuitas illa olim dicta ẽ dã. vbi vitulũ aureũ posuit hieroboã a qua riuus ꝑfluens dictus est iordanis: quasi ex nomine fontis z ciuitatis cognominat⁹. Ciuitas eadẽ nũc paneas dr. Ioseph⁹ dicit vltra cesareã. xx. stadijs modicũ lacũ esse: q̃ a rotũditate phiola dr semp plen⁹ z nũq̃ exuberãs. Ibi ozit iordanis z paulo post terram ingredit. z ad radicẽ libani ebullit quod prim⁹ philippus tetrarcha deprehendit. Nã missis i phiolã paleis: eas apõ paneas redditas inuenit. Sic ioseph⁹ vocat fontẽ sub libano. Dicit etiã sup seleuciaz ex quo dã lacu nasci riuũ: quẽ vocat minorẽ iordanẽ: et ex duob⁹ riuis ad locum qui dicitur aureum templum iouis confluentibus iordanis conficitur. Et interrogabat ie sus discipulos suos dicens. Quez dicunt homines esse filium hominis. Esse filium hominis soli christo conuenit. Adam enim filius terre: alũ filij hominum: sol⁹ christus filius hominis vnius. At illi dixerunt. Alij ioannem baptistaz: alij heliam. alij hieremiam aut vnuz ex prophetis: id est heliseũ. Quia christ⁹ baptizabat putabãt suscitatũ baptistã vel ꝓphetã alicuẽ duoz q̃ trãscũtes iordanẽ baptismũ figurabãt. i. helie et heliseũ. Hieremiã vo ideo qz sanctificatus ab vtero legit. Augustin⁹. Pot mouere q̃ lucas dicit dñz interrogasse discipulos cũ eẽt sol⁹ oraã. Marcus vero dicit in via: sz eũ mouet q̃ nunq̃ oranit in via. Forte bisquesiuit. Cuiz quesisset ab illis suã vel ipsoz sal am dixit petrus p oibus. Tu es xp̃s filius dei viui. i. tu es hõ kin q̃ vnctus es pre participib⁹ tuis: z es deus filius dei viui. Hebrei esse consueuerũt deuz vocare viuũ in suggillationẽ idoloz q̃ nõ viuũt. Et ait iesus. Beat⁹ es simon bariona. i. barioanna. i. fili⁹ ioãnis: dicũt esse q̃dã vicio scriptoz corrupte posituionã p ioanna. Et addidit. Tu es petrus: qõ latini z greci dicũt petrã: hebrei z syri cephã. Idẽ ergo est tu es cephas. Et sup hanc petrã a q̃ diceris petr⁹ edificabo ecclam meã. Uel sup hãc petram quã cõfessus es q̃ sola fundamentuz est. Et promisit se ei daturum claues regni celoruũ. Forte tunc ei soli dedit: vel post resurrectionez cum aliis. Tũc ꝓcepit iesus discipulis suis ne cui dicerent q̃ ipse esset xp̃s. Ubi intelligẽdũ est tunc donec eo suscitato qõ audierant in aure predicarent superstecta.

B Deut. 1. Luc. 9.

D mat. 16 D mar. 8.

¶ Tũc cepit eis oñdere: qz oportebat eũ ire hierosolymã z multa pati z occidi: z tertia die resurgere. Quo scorsuz assumpto: dixit ei petrus. Absit a te dñe nõ erit tibi hoc. Stec⁹ hz ꝓpitiꝰ sis tibi dñe. Cui dñs. Uade post me sathana: nõ sapis ea q̃ dei sũt. i. seqre sñiaz meã nec aduersaris mihi. Sathanas em̃ aduersariũ sonat. Fuerũt q̃ dicerent petrũ nõ esse corrept ũ sed sathanã hoc ei suggerẽtẽ: ob eius hunc errorẽ: scilicet quia credidit sathane: etiã dicũt q̃ dictuz ei est: beatus es promissionem futuram tantum esse. i. beatus eris.

B mat. 16

¶ Tunc conuocata turba cuz discipulis ait. Si q̃s vult venire post me: abneget semetipsum z tollat crucem suã et sequatur me. Crux vero tripliciter tollitur. Per martyriuz: per mortificationẽ carnis: per proximi compassionem.

D Mar. 8 C Luc. 19

¶ De transfiguratione domini. Capitulum. lxxxvj.

A B mat. 17 A Mar. 9 D Luc. 9.

ET post dies septez assũpsit petrũ iacob̃ z ioanem fratrẽ eio⁹: z duxit illos ad montẽ thabor excelsuz vt oraret. Lucas dicit die. viij. eũ die l q̃ pãixerat quos daz de eis visuros antez mortem gloriam regni: z illum in quo viderunt connumerãs. Matthens z marc⁹. vj. medios tantũ ponẽtes. Et notãdũ q̃ matthe⁹ dicit Jacobũ fratrẽ Joannis.

Additio.

Quarto miliario a nazareth ẽ mõs thabor i descẽsu cui⁹ melchisedech obuiauit abrae. Secundo miliario a thabor est mons hermõ.

¶ Augustinus super epl̃az ad galathas scribit iacobũ epm interfuisse transfigurationi. cui etiã videt ambrosius ꝑsentire.

Et facta est dũ oraret trãsfigurat⁹ est añ eos: z facies eius resplenduit sicut sol: z vestimẽta eio⁹ facta sunt alba sicut nix: qualia fullo nõ potest facere super terrã. Et apparuerũt illis moyses z helias loquẽtes cũ eo de excessu quem cõpletur⁹ erat in hierlm. i. ꝺ morte eius: et ait petrus. Dñe bonũ est nos hic esse: si vis faciamus hictria taberncula tibi vnuz/ moysi vnũ/ z he

Additio.

Uidet cõtrarietas eẽ i ꝓbis expositorũ augustini z ãbrosij z matthei: cũ matthe⁹ dicat Jacobũ zebedei ffez ioãnis ꝺ maior dict⁹ est cũ esset minor natu inter fuisse transfigurationi. Augustinus videt cõ tradicere Jacobum epm interfuisse. Legit autez q̃ Jacob⁹ alphei minor. i. ꝺ z frater dñi dictus ẽ: epc̃s hierosolymitanus fuerit. Quod sic solui pot̃ quia

lye vnū. Et fctā est vox de nube dicēs. Hic est filiꝰ me⁹ dilectus: ipm audite. Cū ꝙ timore corruissent discipuli tetigit eos iesus ⁊ ait. Surgite nolite timeꝛ. Et descendēs p̄cepit eis ne cui dicerēt donec resurgeret. Quidā dicunt hanc christi gloriam in aere circūfuso fuisse nō ioꝛpoze: quod tūc habebat mortale. Alij ad tēpꝰ depositū fuisse mortalitatez. Alij ipm semp habuisse tale corpus per naturaz: sed vt videretur et pateretur fecerat illud mortale ad tēpꝰ: ⁊ ibi qualis erat per naturā talem se ostendit: ⁊ talem vt aiunt se dedit discipulis in cena quia talis in modico pōt eē loco: vanum est autem in huiusmodi laborare ⁊ sequi naturā in miraculis. Ita enim in carne mortali ostēdit gloriam immortalitatis: sicut post resurrectionē in carne immortali cicatrices: ⁊ palpā dum se prebuit et comedit. Et sic varie sentiunt autoꝛes de moyse ⁊ helia. Et super lucam inueniesꝫ glosam que dicit eos sibi fuisse.

Additio.

Quatuoꝛ habebūt coꝛpa post resurrectionem immortalitatē: impassibilitatē: glorificationez: agilitatem: ⁊ sicut ante passionē in coꝛpoze mortali dominus quedam signa immortalitatis ostēdit: vt quā do discipulis coꝛpus suū dedit ita etiā post resurrectionē quedam signa coꝛporis mortalis ostēdit vt quā do thome cicatrices ostendit.

¶ De lunatico. Capitu. lxxxvij.

IN sequēti die ad preces patris sanauit filiū lunaticuz quē oblatū sibi discipuli sanare nō poterāt. Non ex vitio lune patiunꝫ lunatici: sed demones eos vexant his temporibꝰ: vt per lunam infament lune creatoꝛem. Erubescat Julianus quidicit nullum peccatum esse in puero. Legitur em de isto: qz a puericia lunaticus fuerat: in quo si nihil haberet suum demon: non illum possideret. Cumq; quesissent discipuli quare ipsi nō eiecerint: a it ꝓpter incredulitatem vestram. Quia si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetꝭ mōti huic trāsi hinc ⁊ transibit. Quod translatiue de diabolo presenti quē eiecerat potest intelligi: quia a nullo ad literam legitur factum: nisi q; ad preces gregorij neocesarienſis legitur quidam mōs retractus ⁊ dedisse locum basilice fabricāde. Et ad preces cuiusdam patris lapis translatus de hoꝛto. Uel gratia exempli pro quolibet impossibili dictū est. Unde in Luca aliud est exemplū. Dicetis huic arbori moro/transplantare in mare et obediet vobis.

¶ De verbis domini quibus innuit triduum mortis sue. Lu.ix.

Capitulum. lxxxvij.

ET accesserūt quidā pharisеoꝝ ad iesum dicētes Uade hinc id est de galilea: qz herodes querit te interficere: et ait illis. Ite dicite vulpi illi: quia ecce demonia eiicio: ⁊ sanitates p̄ficio hodie ⁊ cras ⁊ tertia die consumoꝛ: quod est. Ipse nō occidet me sed ego ponam animā meam ita q; prima die mortis intrās infernum: tollam demoni tyrānidē suam. In crastino educā captiuitatem quam sanitati restituā: dū portā paradisi apertā ei ostēdā: vel ponam eā in paradiso que est in extremis maris ad orientez: q̄si restituens hominem sanitati quaz perdiderat. Tertia die resurgam consummatꝰ. Potest tn hoc referri ad tres annos opationis miraculoꝝ xp̄i in quoꝝ tertio ꝛsummatꝰ est. Et q̄si oñdēs iesus q; nō moꝛeretur in dñio herodis. addidit qz nō capit scriptura supple aliq̄ me pphetā perire extra hierusalem.

¶ De tributo inuēto in oꝛe piscis.

Capitulum. lxxxix.

ET cū venisset capharnaum accesserūt questoꝛes census capitis. ⁊ missus a dño petrus ad mare tulit piscē in cuius oꝛe inuenit staterem. i. duo didrachmata et solvit pro se ⁊ pro domino. Et si enim dominus oculos haberet: tamen ea que data erāt ei in vsus pauperum in vsum proprium noluit expendere.

¶ Qđ apostoli quesierunt q̄s eoꝝ esset maioꝛ. Cap. xc.

UM autem discipuli quesissent in via quis eoꝝ maioꝛ esset accesserunt ad iesum et dixerunt. Quis putas maioꝛ est in regno celoꝝ: quasi dicerent. Dic quis maioꝛ est inter nos modo qz ille idem maioꝛ erit in celo. in quo errabant. In futuro enim omnis prelatio cessabit angelorum ⁊ hominum vt apostolꝰ tradit. Et amplexans iesus puerulum docuit similes paruulo. i. humiles in via exaltari in patria. ⁊ qui vellet primus eoꝝ esse fieret omnium minister. hinc est q; primꝰ olim in ecclesia seruoꝝ dei se fatetur. Paruulꝰ iste vt quidā tradunt fuit martialis apostolus lemouicarum.

¶ De parabola ouis ⁊ drachme ⁊ filij prodigi. Cap. xci.

QUmq; scandalizatoꝛes pusillorum dixisset per metaphoꝛam membroꝝ eruēdos et proiiciendos. nec cōtenendū vnuz de pusillis: ad ostēdendū quanti sint pusilli apud patrem dixit eis parabolā ouis centesime repoztate relictis nonaginta nouē. Licet em pastoꝛ plus diligat centum oues q̄ vnā tn magis sollicitꝰ est de perdita q̄ de manētibus. ¶ Pro eodem addidit parabolā de decia drachma inuēta. Et est drachma numis certe quātitatis habēs imaginem regi. Drachma vero drachmatis quarta pars stateris est. ¶ Tertiā quoq; de eodē subdit parabolam de filio prodigo in quo non solum gaudiū suuz de pusillis redeuntibus ostendit. sed etiā inuidētiū murmur arguit: in qua filiꝰ quas porcoꝝ cibuz dixit. Et est scōm quosdam fructꝰ arboꝝ sonū faciēs cū comedit. Est autē genꝰ leguminis sonori frondibꝰ et vacuis: quod magis onerat q̄ reficiat. Et nota quia quod in aubus dicitur alitile: in animalibus ꝺr saginatum.

Additio.

Dragma dragmatis genꝰ carminis de quo ꝺr Dulcia cantica dragmatis. drama sine g. canticū psonarū quo scriptū est canticum amoꝛis: et declinat a quibusdam dramis: a quibusdam dramatis.

¶ De dimittendo fratri septuagiessepties. Cap. xcij.

QUmq; addidisset dominus de coꝛripiendo fratre qui in te solo peccauit. id est te solo sciente priuus secreto: post coꝛam testibus: post coꝛam ecclesia ⁊ addidisset: quecūq; ligaueritis super terram ⁊c. quesiuit petrus an dimittē dum sit fratri peccāti vsq; septies rn̄dit iesus. Imo vsq; septuagies: i. cccc. nonaginta vicibꝰ: ⁊ etiam septuagies septies. id est oēm iniuriam. vt bis legatur septuagies septies: ita scz vt prima expositio referatur ad tēpus. q. d. Imo semp dimittes. Secūda ad omnem iniuriam: qz septuagiuta septem ex numero vniuersitatis: et numero trāsgressiōis id est x. vij. ⁊. xj. est compositus.

Additio.

Septenariꝰ ꝺr numerꝰ vniuersitatis qz vniuersitas dierū currit p̄ septē dies hebdomade. Unde

nariꝰ numerꝰ ꝺr trāſgreſſionis:qꝝ vnitate trāſgredit decē:ꝛ non punit.ad.xij.ꝯ iterū:bonꝰ numerꝰ eſt ꝯtū ad ſignificata.Et nota q̄ ꝯtinet teneꝝ rancoꝛē animi p iniuria dimittere etiā ſi nō petat veniā q̄ leſit.Qō ꝛ petierit teneoꝛ ei dicere aue:ſubueniꝛe ſibi ſi idignerit:qō nō teneoꝛ niſi petat:niſi ſim pfectꝰ.

D mat.18 Qō aūt dimittendū ſit peteti dñs p ſeruū parabolā ſuboſtendit cuꝰ debitum renocauit dñs ſuus:quia noluit miſereri conſerui ſui.

¶ Qō ob ſolā fornicationem vxoꝛ poteſt dimitti. Capi.xciij.

ma.19 A mar.10 ET factuꝝ eſt poſt ſermones iſtos migrauit ieſus a galilea ⁊ venit in iudeā trās ioꝛdanem: et ſecuti ſunt eum galilei et curauit eos ibi. Et acceſſerunt ad eum phariſei tentantes ⁊ dixerunt.Si licet homini dimitteꝛe vxoꝛem quacunq̄ ex cauſa. quibus ait dominus.Quod deus inſtituit coniugium:⁊ ideo nō licebit homini ſeparare illud quis etiam ſicvolunt dominus virum adhereꝛe vxoꝛi B Geñ.2. ⁊ propter eam relinqueret patrem ⁊ matrem id eſt effectum ſuū magis dirigeret homo ad procreationem liberoꝝ ꝙ ad curam parentum.Sicut enim humoꝛ de radicibus aſcendit ad arboꝛem:et tranſmittitur ad ſemen ⁊ ad radices non redit ita affectus a parentibus ad filios trāſmittitur nec cōuertitur.id eſt maioꝛ eſt affectus ⁊ proniꝰ parentū ad filios ꝙ filioꝝ ad parētes.Cūq̄ obieciſſent A de libello repudij cōceſſo a moyſe Deu. 24. ⁊ dixiſſet/ob duritiam coꝛdis coꝛū hoc eſſe permiſſuꝝ.i.nulla lege punitum.Nō eniꝝ oꝛdini dei moyſes ſuperoꝛdinaret:ad dicit q̄ excepta cauſa fornicatiōis nō liceat homini dimittere vxoꝛē.Qō audientes diſcipuli dixerūt:qꝛ nō expedit nubere.Ne aūt eē cōtinētiā meritoriā putarēt:diſtinxit dominꝰ eunuchos:quia quidā ſic naſcuntur ꝙ ꝓprie dicuntur caſtrati.id eſt caſtie nati.Alij facti ſunt ab hoibus qui ꝓprie dicunt ſpadones a ſpata.Alij ſe caſtrāt ꝓpter regnū dei qui ꝓprie dicūtur eunuchi.i.bene vincentes:ab eu qō eſt bonū:⁊ nuche qō eſt victoria.Et hec vitima meritoria eſt.

¶ Cūq̄ pueris oblatis impoſuiſſet manꝰ ⁊ bñdixiſſet eis abijt ide. B ma.19 C Luc.18

¶ De galileis q̄s occidit pilatus: Capitulum.xciij.

Joā.7 POſt hec ambulabat ieſus in galileā:qꝛ i iudea querebāt enim interficere.Aderant eo tempoꝛe quidam nunciantes ei de galileis/quoꝝ ſanguinē pilatus miſcuerat cū ſacrificijs coꝛuꝝ.¶ Quidam eiū dicens ſe dei filiū multos ſeduxerat de galileis quos dū duxiſſet in gaꝛizim:vbi dixerat ſe aſſenſurum celum coꝛam eis dum ſacrificaret ei:ſupueniēs pilatꝰ ipm cū oībꝰ occidit timuit enim ne ⁊ iudeos ſeduceret.Cūq̄ putarēt eos periſſe:nō qꝛ neḡotes eēnt ceteris galileis ait dominus.Non minus iudeos his ſceleratos:⁊ ſimiliter niſi peniterēt perituros:et hieroſolymitas niſi peniterēt pituros/ſicut ꝓterāt eiū ſiloe.xviij.viri opꝓſſi a turre quā edificabant ſup quo dixit eis ſimilitudinē ficulnee non faciētis fructum ꝙ qua cultoꝛ vince vix impetrauit annum ne cō bureretur donec ꝓbaret eam. B C Luc.13

¶ De muliere incuruata. Ca.xcv.

CUmq̄ doceret ſabbatis in ſynagoga: erat ibi mulier habens ſpiritum infirmitatis quam inclinauerat ſpiritus infirmitatis:alias ſathane.xviij.annis.impoſuit ei manus et erecta eſt.

¶ De ſcenophegia. Cap.xcvj.

Joā.7 ERat autez in primo ſcenophegia.quod ſonat vmbꝝ culoꝝ fixionē:⁊ dixerūt fratres eius ad eum.Tranſi in iudeā vt diſcipuli tui videant opera tua que facis qui vndecunq̄ illuc conuenient. Si hoc facis manifeſtas te mundo.q.d.Si ex te facis:⁊ nō ex beelzebub:vel ſi ꝓ quisꝫ. Vi erant

erant conſanguinei ieſu qui eius gloriam querebant vt inde participes fierent.Quibꝰ ipſe ait. Vos aſcendite ad diem feſtum iſtum.i. ad primum.Mediāte eiū die feſto aſcendit:ſed quaſi in occulto.Iudei autem querebant illum dicentes. Ubi eſt ille. Et murmur erat de illo:qꝛ quidaꝝ dicebant:bonus eſt:alij q̄ ſeductoꝛ erat cūq̄ aſcenderet docebat in tēplo:⁊ murmurabant dicentes. Quomodo literas ſcit iſte cū non didicerit?Cūq̄ quidā dicerent. Nōne hic eſt xp̄s. Alij dicebant. Hunc ſcimus vnde ſit. Chriſtus autem cum venerit. nemo ſcit vnde ſit. Hoc dicebant: quia iſaias dixerat. Generationē eius quis enarrabit.Multi autem de turba crediderunt in eum dicē B tes. Chriſtus cum venerit nūquid Luc.12 plura ſigna faciet quam hic facit.

¶ Et ait illi quidā de turba. Magiſter: dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem.Qui reſpondit.Homo quis me conſtituit iudicem ſuper vos?

¶ Quod miſſi vt tenerent ieſum admirabantur verba eius. Capitu.xcvij.

E Joā.7. IFerūt ergo principes ⁊ phariſei miniſtros vt comꝓhenderent eū.Et ait ieſus. Queretis me:nō inuenietis:⁊ vbi ego ſum vos nō poteſtis venire quaſi dicat.Tales nō accedetis ad me ſed poſt reſurrectionem multi volent inuenire me ſi fieriꝰ poſſet coꝛporaliter ⁊ non inuenient fide tamen inuenient.Et dicebant quidā hic eſt vere ꝓpheta. Alij hic eſt chriſtus.Cūq̄ rediſſent miniſtri ad pontifices ⁊ phariſeos et dixiſſent miniſtris.Cur nō adduxiſtis eum?⁊ reſponderunt.Nunq̄ ſic loquutus eſt homo vt iſte loquitur. Et increpabāt eos phariſei dicentes.Nunquid ⁊ vos ſeducti eſtis. Quis ꝓncipū ⁊ phariſeoꝝ credit in eū.Et ait nicodemus. Lex noſtra non iudicat.quenq̄ niſi prius audierit ab ipo. Credebat q̄ ſi patiēter illum audirent ſicut ipſe fecerat:ſimiles miniſtris fierent.Et dixerūt ei.Nunquid ⁊ tu galileus es.id eſt a galileo ſeductus. Scrutare ſcripturas. A galilea nō ſurgit ꝓpheta.

¶ De adultera. Ca.xcviij.

IEſus autē iterū diluculo venit in templum ⁊ ſedēs docebat populuꝫ.Et adduxerūt A Joā.8. ei ſcribe et phariſei mulierem deprehenſam in adulterio:et querebant quid iudicaret de ea faciendum.Putabant enim qō dominus in iudicando fieret immiſericoꝛs vt iniuſtus: vt ummiſericoꝛdem irriderent:⁊ contra moyſen agentem damnarent.Jeſus autē inclinans ſe deoꝛſum:ſcribebat digito in terra.Cūq̄ inſtarent erigens ſe dixit.Qui ſine peccato eſt veſtrū primus in eā lapidē mittat.Et iteruꝫ ſe inclinās ſcribebat.Quid ſcribebat:Quidā dicūt id qō eis. rñdit hieroñ.in quadā epla ad ſtudioſum vt eum velle ſcripſiſſe.Terra terra ſcribe hos viros abdicatos: vel terra terrā ac cuſat:in epla ad hyreneū.Audiētes aūt exibāt vnꝰ poſt alium ⁊ remāſit ieſus ſolus ab illis:⁊ mulier ſtās in medio diſcipuloꝝ. ⁊ dimiſit eā incōdēnatā dicens.Vade ⁊ amplius noli peccare: Et nota erectꝰ dedit ſnīaz inſtitie. Itē erectꝰ ſnīam mie:qꝛ eā vtrūq̄ ꝓpriū eſt deo miſereri ⁊ punire:qꝛ oīs xp̄i actio chriſtiani eſt lectio.

¶ De parabola diuitis volentis ampliare horꝛea ſua ⁊ de ꝯſuſa verbis domini. Capi.xcix.

C Luc. 12 TUnc dixit ad illos.cauete ab oi auaritia:cū ſit breuis hominis vita ſup q̄ ꝓpoſuit eis ſiluitudinē de diuite q̄ ꝓ fructuū vberta tem deliberabat horꝛea ſua ꝙliare. Cui deꝰ ait.Stulte hac nocte aiaz tuā repetēt a te:q̄ aūt paſti cuius erūt. ¶ Jteꝝ locutꝰ eē ieſus illi multa.Ego ſuz lux mūdi ego teſtimoniū pbibeo de me.ꝛc.Inter hec di

C iij xit

xit plane se dei filiū: ⁊ eos in pctō suo morituros: ⁊ scituros ꝙs esset cū exaltarēt eū a terra ⁊ ipsos nec filios dei essenec abrae: ⁊ ꝙ abrāā viderat diez suum: ⁊ intulit anteꝙ abrāā fieret: ego sum. Ille solus vere est qui anteꝙ aliquid fieret vere potuit dicere: ego sum. Tulerūt ergo lapides indei vt iacerent in eū. Jesus aūt abscōdit se ⁊ exiuit de tēplo. Et nota ꝙ iudei dixerūt.

B Joā.8. Quinquaginta annos nondū habes. quidā opinati sunt ab incarnatione dñi vsq; ad passionē plures annos fluxisse: ex hystoriis colligamus.

¶ De ceco nato. Capi.c.

A Joā.9. Et pteriēs iesus vidit hoiez cecū a natiuitate ⁊ luto fctō de saliua: cū linisset oculos eius misit eū ad natatoriā siloe ⁊ lauit et vidit. Siloa fons est ad radiem mōtis syō ꝙ nō iugidᵉ aquis: sz incertis horis ebullit cuius ꝙ vt excipenk quā si stagnū no lōge a fonte erat cōstructū quā collectionē modo piscinā: modo natatoriā vocat scriptura. Erat autē sabbatū. Unde ⁊ pharisei cū accepissent ab illuminato ꝙ iesus eū illuminauerat: dixerūt ei. Da gloriā deo. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Cunq; ille commēdaret iesum ⁊ adderet. Nunquid ⁊ vos discipuli eius vultis fieri? maledixerūt ei ⁊ dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos autē moysi discipuli sumus: hūc vnde sit nescimus. i. non approbamus. Supra em̄ dixerūt se eū scire. Putabant aūt iesum maledictum: et oēs credentes in eū maledictos. Et cū eum eiecissent foras invenit eum iesus. Cunq; dixisset ei se esse filiū dei ille adorauit eum. Et ait illi iesus. In iudiciū ego veni in mundū: vt qui non vidēt videāt ⁊ qui vidēt ceci fiant: quasi dicat. In hoc ꝙ te mēdaciū illuminauit: intellige ꝙ ego veni separare pauperes spū a supbis qui se sciolos iactāt vt illi illuminenk isti. i. scioli cecitatem mentis incurrant.

¶ De signis perfectionis et de impossibilitate intrandi divitem in regnum celorum. Cap.cj.

C mat.19 C Et cū egressᵘ esset Jesus i viā adolescēs genu flexo rogabat eū. Quid faciā vt habeam vitā eternā? Cuiq; iniuxisset ei de custodia mādatoꝝ ⁊ audisset eū servasse ea docuit cū de pfectione et vnū signū pfectionis ꝓposuit dicens. Uade ⁊ vende oia ꝙ habes ⁊ veni sequere me. Est em̄ perfectio plato; cuius signū est relinquere oia ⁊ ponere alam ꝓ omibus. Est etiā cōtemplatiuoꝝ cuius signum est habere mortē in desiderio et vitā in patiētia. Est ⁊ clericoꝝ: cuius signū est cōtinentia. Hec audiens adolescens abijt tristis: erat enim pecuniosus valde ⁊ locuples. Tūc ait Jesus ad discipulos. Facilius est camelū ꝓ foramē acus trāsire: ꝙ divitē intrare in regnū celoruꝝ. Facilius significat hic minus positiuo sui ℞ij. i. minus est difficile qz minus est impossibile. Pōt em̄ deus facere vt camelus transeat ꝓ foramē acus nullo obstāte. Unaꝝ vo ꝙ hic note divitis intelligik ponere in gria si pōt de potentia: de iustitia nō pōt. Gradus ꝛo comparationis inter impossibilia ne mireris. Impossibilius em̄ est equū cōuerti in lapidē ꝙ in asinum cui est accōmodatior naturaliᵗ ꝙ lapidi. Fuerunt quidicerent in hierlm paruā fuisse portā que acus dicebak ad quā cū veniebāt cameli ꝓ cōpendio vie cū oneribus suis nō poterāt trāsire vel subire eā. Exonerati ergo trāsibant ⁊ iterū receptis oneribus minabank: sm hoc ergo filitudo notak hic: nō impossibilitas. Oportet em̄ auarū amorem opū dimittere si vult ingredi ad vitā. Mō aūt note divitis auarū significasset: hinc ptz ꝙ discipuli subdiderunt. Quis enim poterit saluus fieri. Plures em̄ sunt pauperes divitibᵘ: ⁊ ita plus possunt saluari si de possessoubᵘ opū dixisset. Quibᵘ ait iesus. Apud homes hoc est impossibile: apud deū aūt omnia possibilia sunt. Non ꝙ tales deus possit saluare: sed qz pōt eos iustificare ⁊ tunc saluare.

¶ Quod relinquentes pro christo omnia iudicabunt. Capitu.cij.

D mat.19 Unc petrus ait. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. quid ergo erit nobis supple relinquēdū? Illa enim omnia reliquerat petrus: de quibᵘ dictū et omnia vanitas. Illa autem oia sibi retinuerat de quibus dictum est. Deus est omnia in omnibus. Et respondit iesus. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue in regeneratione sedebitis et vos super sedes. xij. iudicātes. xij. tribus israel. Fit in baptismo prima regeneratio in aia: fiet in iudicio secunda in corpore. Ibi cōtēptores mundi cuz domino iudicabunt non solum cooperatione: sed etiam autoritate. Duodenarius autez ponitur pro plenitudine potestatis ⁊. xij. tribus israel ꝓ olbus iudicandis. Duodenarius em̄ ex septenario qui est numerus vniuersitatis surgit. i. ex ptibus septenarij in se ductis. Quidā tamē hoc solis discipulis dictū dicūt et impletum iam esse in subiectione mūdi: qz quasi potestatē habētes sup omnez ecclesiā sedēt. Post ad oēs generaliter sermo direct᷑ est. Ois ꝙ reliq̄rit domū aut parētes ⁊c. centuplū accipiet nūc in hoc tēpore ⁊ in futuro vitā eternā. Qz ꝓter spūalia q̄ ℣ll cētuplū fūt cōparata carnaliᵇ: sctī viri alios sctōs plus etiā ꝓpinquis suis diligunt.

¶ De divite ⁊ lazaro. Capit.ciij.

A Luc.6. Pharisei vero audiētes eum dī deridebant eum: quia lex obseruatoribus suis bona terre promittebat. ¶ Ipse aūt contra eoꝝ auaritiam exemplū eis ꝓposuit de divite purpurato ⁊ epulone ꝙ in inferno cruciabak: qz recepat in vita sua bona. i. sola illa q̄ putauerat bona. Nec fuit hoc parabola sz in re ipsa qō ppendik: qz nomē mēdici ibi ponitur lazarᵘ: sez ꝙ positus est in sinu abrae. Erat em̄ in superiori margine inferni locᵘ ali quā tam hebēs lucem: sine omni pena materiali in quo erāt anime pdestinatoꝝ vsq; ad christi. descensuz ad inferos. ꝙ locus ꝓpter sui trāsquillitatez sinus abrae dictus est: vt sinū matris dicim⁹. Et dicebak abrae: quia fuit ꝓma credendi via ipse em̄ primus publice pdicauit vnū tantū deū esse. Hūc locū vocauit iob tenebras ꝓ tedio expectādi dicēs. Et i tenebris straui lectulum meum. Nota ꝙ diues dixit se cruciari in lingua. i. ꝓ peccato linguc: qz epulones loquaces esse solent. Nec mirū si aia trāslatiue dicatur mēbra hīe: cuz diuinitas eodem tropo ꝙ mēbra distinguatur. Fuerūt tñ qui dicerent ⁊ angelos ⁊ animas corpora hīe aerea. Alio quin aie ignē vrentē nō sentirent quod sup genesim inuenies. Alij dicunt ꝙ ad sentiendam pstionem ignis nō est necesse habere corpora est em̄ q̄dam species ignis cui si imponas manū ardorē senties sine aliqua lesione manᵘ. Mō autem abrāā chaos inter eos firmatum dixit: vel chaos vt veteres codices habēt: forte in re ita erat: vt perpetuam bonorum et malorum dissimilitudinem post hanc vitam notat. Cuiq; diues rogaret de mitēdo lazaro ad fratres suos audiuit: habent moysen ⁊ prophetas. Unde ⁊ cōijcitur ꝙ indocus fuerit: pro quo etiam forte abraam vocauit eum filium: et ille ipsuz patrē.

¶ De villico iniquitas. ca.ciiij.

Z B nc.16 Addiscipulos aūt ꝓposuit iesus parabolā de villico iniquitatis. Et est villicus ꝓprie vilic custos: sed hic accipitur pro iconomo. Hic timēs amoueri et egesre. clāculo fecit miam cū debitoribus

bus dñi sui vt cum eiceretur memores beneficiorum reciperent eū in domus suas. Et laudauit dominus villicum iniquitatis: non qr inique: sed quia prudēter egisset. Est ei prudētia quedā sibi in posterū prudentia: z ex hoc quasi a minori intulit dñs dicens. Si sibi in futurū prudens etiam cum dolo laudat: ergo facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. q. d. Quātolaudādi magis eritis si prudueritis vobis sine dolo. Māmona lingua syra dimitie: z māmos sathanas: q̄ opibus seducit. Que dicunt iniquitatis: qr de iniquitate colligi solēt. Unde vulgata sententia dicitur. Ois diues aut iniquus aut heres iniqui. Hoc quidā male intelligētes rapiūt vt bñ dispēsent. Sed q̄ offert sacrificiū de substātia pauperis idē facit: acsi victimet filiū i ꝓspectu patris. Uel pōt sic exponi qr dñs in hoc verbo: z hic prudet nobis z i futuro. q. d. Uobis reseruate de rebꝰ vestris ad solatiū vīte. De superfluo facite vobis amicos. Qō eñ vltra necessaria vite retinetur: nec primi necessitatibꝰ erogatur pecunia est iniqtatis. i. ⁊ equitatem. In ea enim nō seruamus equitatem quā primo debemus quem. s. sicut nos diligere tenemur. Et nota q̄ non oēs pauperes possunt nos recipere in eterna tabernacula sed qr largimur his recipiemur ab angelis: bonū est tamē eligere bonos pauperes cum possumus. ¶ Et adiecit dñs. Seruus sciens voluntatem domini sui z nō faciens eā plagis vapulabit multis: qui autē non cognouit vapulabit paucis. Multi propter hoc auertunt aurem ne audiant verbum dei: sed hi non nescientes: sed contemptores iudicantur.

¶ De denario diurno. Ca. cv.

Unc dominꝰ proposuit eis similitudinē de patre familias qui conduxit operarios in vineam suam ex denario diurno. Cumq̄ non nisi quinq̄ hore diei ibi numerētur tamen omnes sub intelliguntur sex etates tam temporis q̄ homis. In vndecima eñ quinta z sexta etas vel alias itelligitur. In eadem quoq̄ senectus z decrepita. Identitas siquidem denarij eandem perpetuitatē notat. Nullus enim vita ibi breuior aut largior erit alia: sed idē dens omnia in omnibus notatur in ea. De murmure vero recipientium dici potest: quia ibi non erit murmur inuidentiū: sed admirātium de magnitudie ꝑmij. Solet enim murmur q̄nq̄ accipi pro ꝓfusione vocis. Uel pōt trahi murmur ad statū presentem. Interrogatio vero cur pares fecisset in gloria ad futurū. Causam eñ dilatiōis christi a gloria ꝑ qua potuerūt murmurare antiq̄ tū demū sciēt quasi nūq̄ sciuerūt. s. ne sine nobis glorificarenf. Admiratione autē eadē de causa cognita expressit dñs sub interrogatiue. An nō licet mihi facere quod volo. Post concludens parabolam ait. Sic erūt novissimi primi z primi novissimi. i. iudei z gentes equabunt i ingressu regni celorum: qr nullus intrauit vsq̄ in septimā etatē q̄escentiū que incipit plene in ascēsione. In resurrectione quoq̄ corporū electi cuiuscūq̄ etatis vel tēporis vel hominis equabunt nisi forte paulo ante resurrexerint quasi pusilanimiati. Quidā tamen quid in hac parabola legit.

An oculus tuꝰ nequā est: z in fine. Multi sunt vocati pauci vero electi dicunt laborantes i vinea oēs fideles cuiuscūq̄ tēporis vel etatis quorum quidā boni alij vo ma

Additio.

Quod licz inceperit per cāz in passione: tamē cōsummata fuit in ascēsione: vt ex assumpta potiōe cām sanitatis habet sz nōdum plene sanus est.

li et

li z vocant accipientes cum murmure malos putantes se plꝰ accepturos z qr primi fuerunt in ecclesia vel tpe vel dignitate etiam plꝰ alijs accepturos. De quibꝰ ꝑ C Ps. 90. pheta dr: cadēt a latere tuo mille z decem milia a dextris tuis. Et dñs in euāgelio dicit se dicturum talibus. Nescio vos. Quāuis etiā de eisdem videatur sermo fieri. i. de accipiētibus denarium tñ scōz regulā ciconū de diuersis ibi agit sez de accipiētibus z nō accipientibus: sed putātibꝰ se accepturos sed nūc nec putabūt nec accipiēt. Uel potest esse synderesis: qr si vel lēt primi murmurare posset rationabiliter murmur eorū cōprimi. A Ma. 25

¶ De hydropico et exhortatione ad humilitatem z misericordiam.

Capitulum. cvj.

B Lu. 14 Et factū est cuz sabbato māducaret panē in domū cuiusdam principis pharisеorum erat ante eum hydropicus. Est autem hydropisis aquosus humor succutaneus de vitio vesice natus cū inflatione z fetido anhelitu. Obseruabant autem pharisei iesum si sabbato curaret. Cum quesisset ab eis si licet sabbato curare et tacuissent apprehensum languidū sanauit. Post probauit licere curare: qr pecus lapsum in puteū die sabbati extrahitur. Utrum autez erat q̄ de curationibus in sabbato eum arguebant. Habent enim in traditiōibus suis determinata operū genera circiter. lxx. a q̄bꝰ vacādum est sabbato inter q̄ non est curatio maxime q̄ fit solo ꝝbo sicut dñs sepe curabat. ¶ Dicebat aūt etiā ad inuitatos parabolā. Cū inuitatꝰ fueris ad nuptias nō discūbas in primo loco. Cōtra superbiā pharisеorum humilitatē docebat. Et nota q̄ hoc non est parabola: sed potius exēplū vnius operis humiliter faciendi. Quod quia ideo ꝓponitur vt ad similitudinē eius cetera fiāt: parabola vocatur quasi similitudo in exēplo. B Lu. 14

Illum autez qui eum inuitauerat monebat ad misericordiam dicēs. Cum facis prandiū noli inuitare cognatos z diuites. sz pauperes. Non damnat amicorum inuitationem: sed volūtatē luxuriose viuendi vel edendi: z seminicē reinuitandi ex eo q̄ dñs ait hic. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorū. Et quidā de discumbētibus intulit. Beatus q̄ manducabit panem in regno dei. Errauit cherintus dicens etiam corporalem ibi futuraz refectionē sicut hō creatus est immortalis: non tamen sine ciborum alimonia.

¶ Qō in encenijs voluerūt iudei lapidare iesum. Cap. cvij. D Joū. 10

Hacta sunt autem encenia in hierosolymis et hyēs erat. Encenia dicuntur quasi enchenea a neos quod est nouum: z sonat innouationes. z est ibi intentiuum qr subuectionem notat quādo scilicet aliqua domus aut vas aut vestis a communi vsu ad celebrem z diuinum vsuz subuehitur: quod latinus dicit dedicationē. Tamē hebreus vocat dedicationem inchoationem vsus none rei: vt cum primo inhabitamus nouā domuz aut induimus nouā vestē. Hic autem encenia vocant festa dedicatiōis templi qō annuatim fiebat. Hoc autez festum non ad primam vl secōam dedicationē tēpli spectabat. sed aduertis. Dria eñ fuit in antūno. qr salomō dedicauit templum decima die septēbris z vsq̄ ad templi illius euersionē fiebant quotannis duo festa eadē die: dedicatio scz z expiatio. Cum vero reedificatum fuit tēplum a redeūtibus de babylone dedicatū est in vere. xij die martij id est. xij. luna. Cum autē antiochus epiphanes polluisset templum sordibus idoloꝝ z ꝓphanasset vrensilia eius: iudas machabeus filius asamonei de genere sacerdotali mūdauit tē plū reflituit vrensilia in locis suis et ꝙsi dedicauit illud. xxv. die decēbris

cebris. Et hec dedicatio in diebus iesus obseruabat in hyeme. Forte adhuc hoc est festum luminū apō iudeos qz z iosephus testatur etiā sub machabeis vocatū hunc diem die luminum. Et ambulabat iesus i tēplo i porticu salomonis. Note tēpli sepe vocat porticꝰ tēpli vt h. In tēplū esū nō ascēdebāt nisi ministri tēpli. Porticꝰ āt illa dicebat templū salomonis in quo solebat stare ad orandū: in qua in die dedicatiōis erexit columnam ereaz: supra quā orauit flexis genibus: cuz tū iudei soleant stare cū orant. Et dixerunt iudei. Quousqz animas nostras tollis. si tu es xps dic nobis palā. Ideo querebant: qz si se xpm diceret tenerent eū: tanqz contra augustū se erigentē. Ideo xps rñsum tēperauit dicēs. Loquor vobis z non creditis: opera q̄ ego facio testimonium perhibent de me. Cūqz dixisset, ego z pater vnū sumus: sustulerunt iudei lapides vt iacerēt in eū. Cūqz dixissent se vel le eū lapidare pro blasphemia: qz cū esset homo denm se faciebat: dixit. Qz scriptura hoies dicit deos vt ibi. Ego dixi: dij estis z filij excelsi oēs. Ergo multo magis quē pater miserat in mundum dici potest deus: cū tū dicaz hō deꝰ: z verbum deus dissimiliter. Hac ambiguitate nolis irā eorum mitigauit. Querebant ergo eum apprehēdere: et exiuit de manibus eorum: z abiit trans iordanem vbi erat ioannes baptizans primum.

¶ De resurrectione lazari.
Capitulum. cviij.

A Joā. 11 Erat aūt q̄dā lāguēs lazarꝰ a bethania de castello marie z marthe. Cum autem accepisset lazarum infirmari per nūtium sororum ait. Infirmitas hec nō est ad mortem: ad eum scilicet detinēdum in morte: et mansit in eodem loco duobus diebus quousqz scilicet quadriduum impleretur. Tunc ait discipulis. Eamus in iudeam iterum. Qui dixerunt. Iudei volebant te lapidare z iterum vadis illuc. Jesus autem dixit se esse quali die: z ipsos quasi. xij. horas: z ideo nō erat eis timēdū cuz eo ire. Et nota: qz si iudas adhuc erat bonus: tūc hora diei erat: et si tam malus pro matthia substituto ei dictū est. Dicit z aliter. q. d. putatis iudeos perseuerare in volūtate me lapidandi. Sicut hore mutabiles sunt: sic z affectus hoim. Et etiam sepius mutat in die cor hominis q̄m hore. Et q̄ ambulat in die. i. in pace sicut z ego z vos: non offendit aliquē: z iō securi eamus. Et addidit. Lazarus mortuus est z gaudeo ꝓpter vos: qz non eram ibi quia dum eis longe posita medicat roboraturꝰ fides eorum. Redijt ergo iesus in bethaniam cum discipulis suis: z martha occurrit ei extra castellum. Et aduocata maria multis hierosolymitis presentibꝰ q̄ venerant ad consolandas sorores: venerunt ad monumētū. z ad vocem iesu nō solū suscitatꝰ est: sed prodijt licet ligatus institis. Multi ergo de iudeis ad phariseos abierūt z nūciauerunt que viderant: et celebris erat sermo de eo apud iudeos. Multi eñ iam ascenderant ad diem festū vt sanctificarēt se. Creditur enim hoc esse factum ea die qua legit in quadragesima scz sexta feria añ. Isti sunt dies prima scilz die mensis primi ſm legem.

Additio.
Bethania enim non distat a hierusalem nisi stadijs. xv.

Additio.
Ecce duplex miraculū. s. q̄ mortuus resuscitatꝰ est z q̄ ad vocez iesu libere ābulauit q̄si solutꝰ.

¶ Qō pontifices z iudei conspirauerunt in iesum. Cap. cix.

F B Joā. 11 Collegerunt ergo pōtifices z pharisei cōciliū et dicebant. Quid faci mus si dimittimus eū sic omnes credēt in eū z venient et venient romani z tollent locuz nostrum z gentez: quasi dicerent. Venerabilis z sctūs haberi locꝰ hic gentibus quia alerāder z pōpeius z alij venerati sunt ipsuz z reges persarum z egypti. hic autē homo docet sacra nostra abolenda z vana. Ergo romani scientes opes tēpli tollēt eas audientes impune tollendas. Tunc cayphas quia pōtifex erat anni illiꝰ: q̄d faciendū esset eis decreuit dicens. Expedit vobis vt vnus moriatur hō z nō tota gens pereat. Et ꝓphetauit vt illē generi humano morte xpi: ignescies. Ab illa ergo die cogitauerūt cū interficere tmo conduxerunt vt inuētus duceretur in hierusalez. Jesus ergo iam non palam ābulabat apud eos: sz abijt inxta desertū in ciuitatem que dicitur effrem.

Additio.
Quia ergo iam destinatus erat morti ab ipso sabbato q̄ colle gerant cōsilij: inchoamus memoriā dñice passionis: in hymnis marie z subtice mus Gloria patri i respōsorijs z in Introitu misse: nondum tamen plene: quia nōdum traditus erat dominus in manus laniſtarum.

¶ De vltimo aduentu domini in hierusalem. Capitulum. cx.

De hoc ascensu oēs loquūt̄ excepto ioāne. H Actum est autem dum complerētur dies assumptiōis eius firmauit faciem suaz vt iret in hierusalē. Assumptionem iesu dixit lucas nō soluz tempus quo assumi debebat de hoc mūdo ad patrem: sed etiā ſm preceptuz de agno paschali q̄. x. die mēsis primi assumebat de grege z seruabatur vsqz ad quartū decimum diē. In hunc modū iesus decima die i. in ramis palmarum venit ad locuz passionis z mansit in eo vsqz dum passus est.

¶ De decem leprosis. Capi. cxi.

C Luc. 17 Et factum est dū iret in hierusalē trāsibat ꝑ mediā galileā z samariā. Et in ingressu cuiusdaz castelli occurrerūt ei decē viri leprosi dicētes Jesu pceptor miserere nostri: z rñdit. Ite ostēdite vos sacerdotibꝰ z dū irēt mūdati sūt. Quoꝝ vnꝰ vt vidit se mūdatū redijt z adorauit iesum: magnificās deū. Et h̄ erat samaritanus qui nō redierunt indei erāt in quo notatur ꝓfidia iudeorum.

Additio.
